

Lotio rubra simplex

Neumanni.

- Rp. Hydrarg. bichlorati corros. 2,0
 Hydrarg. sulfurati rubri 1,0
 Kreosoti 0,5
 Glycerinae 20,0
 Aquae destill. 300,0.
 M. D. S. Aequa copia aquae com-
 miscet ad lotiones.

Lotio sulfurata.*Lotion sulfureuse.*

- Rp. Kali trisulfurati 2,0.
 Solve in
 Aquae destill. 100,0
 et filtra. *Ph. Gall.*

**Lotio thymolica s.
thymica.**

- Lotio thymolata. Aqua thymolata.
 Rp. Acidi thymici 1,0
 Spiritus Vini 5,0.
 Commixtis adde
 Aquae destill. 994,0
 et fortiter agita.
Usus: Ad ligamenta, lotiones, in-
 jectiones. Loco Aquae carbolisatae.

**Lotio
contra tinea Capitis.**

Barlowii.

- Rp. Natrii sulfurati 1,0
 Saponis kalini albi 15,0
 Spiritus V. rectfss. 2,0
 Aquae Calcariae 250,0.
 Solve et miscet.

Lupulinum.

Lupulina.

Colligitur e Strobulis Lupuli Humuli
 siccis, quos in cribrum injectos tundas.
 Granula resinose-amara, citrina, a quis-
 quilis mundata serva in lagenis obtu-
 ratis, a luce remotis.

Lupulitum.

- Extractum Lupulini. *Hopfenbitter.*
 Rp. Lupulini P. 1
 Spiritus V. rectfss. P. 10.
 Digere per aliquot dies, exprimendo
 cola et liquorem evaporando ad spis-
 situdinem extracti redige. Dein mas-
 sam frigidam solve in

Aquae frigidae P. 5,
 filtra et liquorem leni calore ad ex-
 tracti consistentiam evapora. *Dosis*
refracta: 5,0—10,0 pro die.

Magnesia acetica
liquida.

Liquor Magnesii acetici.

- Rp. Aceti concentrati, pd. spec.
 1,040, P. 40
 Aquae destill. P. 10.

In vas amplius ingestis et calefactis
 paulatim adde inter agitationem

Magnesiae carbonicae P. 10
 vel quantum ad neutralisationem Aceti
 requiritur. Solutionem filtratam eva-
 porando ad P. 42 remanentes redige.
Nota. Liquoris Partes 100 continent
 P. 33,3 Magnesiae aceticae siccae.

Loco Magnesiae carbonicae adhibere
 Magnesiae ustae P. 4¼ vel q. s. licet.

Magnesia acetica

Renaulti.

- Rp. Magnesiae carbonicae P. 4
 Aquae destill. fervidae P. 12.
 Mixtis inter agitationem affunde
 Aceti concentrati P. 19
 vel quantum ad neutralisationem re-
 quiratur. Tum fluidum evaporetur, ut
 Partes 10
 remaneant. Serva.

Magnesia borica

(acida).

Magnesium boricum. Magnesia tribo-
 rica. *Magnesiumborat, Antifungin.*

- Rp. Magnesiae ustae 20,0
 Acidi borici cryst. 185,0
 Conterendo mixta in lagenam vitream
 ingere, tum superfunde
 Aquae destill. 1050,0
 et fortiter agita.

Lagenam velamento circumdatum
 sepone loco umbrose et saepius agita,
 donec liquor fere limpidus appareat.
 Filtratam loco obscuro serva. Cont.
 10 % triboratis. Signa:

Liquor Magnesiae boricae.

Ad parationem salis sicci (*Anti-
 fuginae*) superfunde

Aquae destill. fervidae 600,0
 ad ebullitionem calefac et per linteum

cola. Tum inter agitationem evapora, postremum massam salinam loco calido siccata et in pulverem redige. Sit pulvis albus, saporis dulciuseuli, in part. tribus aquae fervidae solubilis, sanitatem hominis et animalis non irritans.

Usus: Desiniciens externum et internum. Bacteriis, micromycetibus, mycelio venenum est. In typho, diphtheritide et aliis morbis contagiosis, ad ligamenta vulneraria etc. adhibetur. *Dosis:* 0,5—1,0—1,5 bihorio vel trihorio.

Magnesia boro-citrica.

Boracites citratus Beckeri.

Rp. Magnesiae ustae P. 30

Acidi boracici crystallisati P. 100

Aquae destillatae P. 10.

Conterendo mixtis affunde

Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,120—1,124) P. 30.

Quo facto immisce

Spiritus V. rectfss. q. s.,

ut puls subfluida efficiatur. Postremum immisce

Acidi citrici pulv. P. 60.

Massa in orbes porcellaneos translata et extensa loco tepido siccetur et in pulverem redigatur. (Lithosolutor).

Magnesia boro-tartarica.

Borotartras Magnesii.

Rp. Acidi boracici P. 2

Magnesiae tartaricae P. 5.

Mixtis affunde paulatim inter agitationem

Aquae fervidae P. 4.

Tum miscela in balneo vaporis ad siccum evaporetur.

Magnesia carbonica crystallisata.

Magnesium carbonicum neutrale.
Carbonas Magnesii.

Rp. Magnesiae sulfuricae cryst. P. 100.

Solve in

Aquae destill. P. 300.

Liquori filtrato, loco frigido bene refrigerato, admisce liquorem tepidum, solvendo paratum e

Natri bicarbonici P. 70.

et Aquae dest. tepidae P. 500.

Mixturam sepone loco frigido (+ 6 ad 12° C.) per dies quatuor. Tum sedimentum albissimum in filtro collige, Aqua destillata frigida ablue, ope preli exprime et, calore non adhibito, loco frigido (calore gradus 15 therm. Celsiusi nunquam excedente) sicca. Sint crystallula minora aut acieularia ($MgCO_3 + 3H_2O$), aut minora tabularia ($MgCO_3 + 5H_2O$).

Magnesia carbonica levis.

Magnesium carbonicum Ph. Germ. Magnesium subcarbonicum. Magnesia subcarbonica. Magnesia hydrico-carbonica. Magnesia carbonica *Pharmacopoeiarum*. Magnesia alba.

($MgCO_3$), $Mg(HO)_2 \cdot 5H_2O = 484$ —

(MgO, CO_2), $MgO, HO, 5HO = 242$.

Rp. Magnesiae sulfuricae cryst. P. 10.

Solve in

Aquae destillatae P. 100.

Liquori filtrato fervefacto paulatim immisce

Natri carbonici cryst. P. 12

antea solutas in

Aquae destill. P. 120

et filtratas. Quo facto miscelam in cucurbitam immissam usque ad ebullitionem calefac, tum praecipitatum in colatorio linteo collectum Aqua destillata calida exacte ablue, dein preli ope exprime et calore balnei vaporis exsicca.

Dosis: 0,5—1,0—2,0 bis terve per diem; 3,0—8,0 (purgans).

Magnesia carbonica ponderosa.

Magnesium subcarbonicum ponderosum. Carbonas Magnesiae Ph. Brit. ($MgCO_3$), $Mg(HO)_2 \cdot 4H_2O$.

Rp. Magnesiae sulfuricae cryst. P. 10.

Solve in

Aquae destill. P. 50.

Liquori filtrato admisce

Natri carbonici cryst. P. 12

antea solutas in

Aquae destill. P. 60

et filtratas. Mixtura in patinam porcellaneam immissa inter agitationem calore balnei arenae ad siccum evaporetur. Massam residuam Aqua destillata superfunde et in colatorium linteum translata elue, quamdiu liquor defluens Baryo chlorato soluto addito turbatur. Dein massam expressam calore balnei vaporis exsicca.

Magnesia chlorata.

Magnesia hypochlorosa.

Rp. Calcariae chloratae P. 25

Aquae destill. P. 125.

In lagenam amplam immissae fortiter conquassentur, tum admisce

Magnesiae sulfuricae crystallatae P. 50

antea solutas in

Aquae dest. frigidae P. 250.

Post agitationem sepone lagenam embolo vitreo clausam per diem unum loco frigido et saepius agita. Post sedimentationem decantha. Serva liquorem limpium loco frigido, luci non pervio.

Magnesia citrica

(sicca).

Rp. Acidi citrici cryst. P. 25.

Soluta in

Aquae destill. P. 10

miscce sensim addendo cum

Magnesiae hydrico-carbonicae P. 17

vel quantum ad neutralisationem Acidi citrici sufficit. Quo facto admisce

Spiritus V. rectfss. q. s.,

ut puls efficiatur, quae calore non adhibito siccetur.

Quantitas Magnesiae hydrico-carbonicae, quae quantitatem quamquam Acidi citrici neutralem reddit, antea tentando experienda est. Sit pulvis albus levis, in aquae P. 2 solubilis, reactionis vix acidulae.

Citras magnescicus Ph. Gall.

Rp. Acidi citrici cryst. 100,0.

Solve in

Aquae dest. fervidae 300,0.

Tum statim sensim adde


Magnesiae hydrocarbonicae 70,0 vel q. s.,

ut liquor sit vix acidulus. Sepone per

horam dimidiam, deinde filtra liquorem adhuc calidum. Tum sepone loco frigido per diem unum, post quod tempus liquor in massam caseosam transierit. Hanc massam in pannum linteum inclusam exprime, tum in lamellas divisam sicca calore 25°C. non superante. Massa sicca alba, sine sapore, neutralis est solubilis in aquae fervidae partibus duabus.

Magnesia citrica crystallina.

Citras magnescicus crystallisatus.



Rp. Acidi citrici cryst. P. 10.

Solve in

Aquae destill. P. 20.

Tum admisce

Magnesiae ustae P. 2.

Coque non agitando, donec cuticula crystallina apparuerit, et sepone, ut massa crystallina efficiatur. Sint frustula subdiaphana, coloris expertia, saporis aciduli.

Magnesia citrica effervescens.

Magnesium citricum effervescens.

Rp. Magnesiae subcarbonicae 25,0

[¹] Acidi citrici grosse pulv. 75,0

Aquae destill. 10,0.

Mixta et calore 30° C. siccata, tum in pulverem subtilem redacta miscce cum

Natri bicarbonici pulv. 85,0

Acidi tartarici pulv. 40,0

Sacchari pulv. 20,0.

Haec mixtura inspersione Spiritum absolutum in massam granulosam transferatur, quae loco tepido siccata trajiciendo per cribrum in pulverem grosse granulosum convertatur. Ph. Austr., (Ph. Germ.). Dosis: Cochlear thearium repletum eum aqua.

Citras Magnesii granulatus Ph. U. St.

Rp. Magnesiae subcarbonicae 11,0

[²] Acidi citrici 33,0.

Terendo in pulverem redacta

Aquae destill. q. s.

conspere, ut inter agitationem pasta densior efficiatur, quae loco tepido (30° C.) siccetur et deinde in pulverem

subtiliorem redigatur. Hunc pulverem misce cum

Natri bicarbonici 37,0

Sacchari albi 8,0

subtilissime pulveratis, tum cum

Acidi citrici subt. pulverati 15,0.

Massam pulveream, Spiritu absoluto irroratam per cribrum vel perforaculum e lamina ferrea constructum pre-mendo transmittite, ut granula parva formentur. Granula loco vix tepido (25° C.) siccantur. *Ph. U. St.*

Magnesia citrica liquida.

Liquor Magnesii citrici.

Rp. Acidi citrici cryst. P. 20.

Solve in

Aquae destill. frigid. P. 120.

Solutis adde paulatim inter agitationem

Magnesiae ustae P. 6½ (aut

Magnesiae hydrico-carbonicae p. 12—13)

vel quantum ad neutralisandum acidum requiritur. Liquori filtrato adde

Aquae destillatae frigidae

eam quantitatem, ut liquoris totius pondus exaequet

Partes 160.

Nota. 100 Partes liquoris continent 20 Partes Magnesiae citricae.

Paretur hic liquor, si poseatur, ut eum mixturis admisceas.

Magnesia effervescens

Moxoni.

Effervescent Magnesia.

Rp. Magnesiae carbonicae

Magnesiae sulfuricae dilapsae

Natri bicarbonici

Kali bitartarici

Acidi tartarici aa P.

Subtiliter pulveratae et siccatae misceantur, dein in lagenis obturatis servantur. *Dosis:* cochlear parvum cum aqua frigida.

Magnesia hydrica

in aqua.

Hydras magnesicus in aqua.

Rp. Magnesiae sulfuricae cryst. P. 6.

Solve in

Aquae destillatae P. 20

et filtra. Liquori usque ad ebullitionem calefacto inter agitandum instilla

Liquoris Kali caustici

eam copiam, ut reactio alkalina efficiatur. Praecipitatum inde exortum in filtro colligatur, tum Aqua destillata fervida bene elotum cum

Aquae destill. frigidae

aëre vacantis ea quantitate commisceatur, ut pondus mixtionis

Partes 20

exaequet.

Serva in vase vitreo, epistomio vitreo depolito munito. Confinet in cenis partibus partes quinque Magnesiae anhydrae.

Magnesia hydrica sicca.

Hydras magnesicus. *Hydrate de Magnésie Ph. Gall.*

$MgH_2O_2=58-MgO,HO=29.$

Rp. Magnesiae ustae q. v.

Commisce terendo cum

Aquae destillatae

quantitate 30pla. Massa per momenta viginti horae ebulliat, tum in linteam trajiciatur. Postremum massa loco tepido (50° C.) tamdiu exsicceatur, donec pondus massae non amplius diminui inceperit. (*Ph. Gall.*)

Magnesia hydrico-silicica.

Terra spumosa. *Meerschaum (künstlicher).*

Rp. Magnesiae sulfuricae q. s.

In Aqua destillata solutae inter agitationem

Liquorem Kali silicii

instilla, quamdiu inde praecipitatum producitur, quod in linteo collectum aqua ablatur et loco tepido sicceatur.

In cholera endemica contra diarrhoeam laudatur. *Dosis:* 1,0—1,5—2,0 ter quaterve per diem.

Nota. Magnesia silicicam minerali vel Talco ne commutetur.

Magnesia hyposulfurosa.

Hyposulfis s. Thiosulfas Magnesii.

Magnesia subsulfurosa.

$MgS_2O_3+6H_2O=244-MgO,S^2O^2+6HO=122.$

Rp. Natri hyposulfurosi crystallisati P. 60.

Solutis in

Aquae destill. frigidae *P.* 300
et filtratis admisce liquorem filtratum
frigidum, paratum e

Baryi chlorati cryst. *P.* 60
et Aquae destill. *P.* 300.

Praecipitatum inde exortum, admixtis
Aquae destill. *P.* 300

in linteo collige, Aqua destillata fri-
gida ablue et ope preli expressum loco
tepedo sicca. Hujus siccati

praecipitati *P.* 40

in mortario contritis immisce liquorem
solvendo paratum e

Magnesiae sulfuricae cryst.
P. 37

et Aquae destill. *P.* 180.

Mixtura in cucurbitam vitream im-
missa stet saepius agitata per diem
dimidium loco tepido. Deinde filtra,
residuum in filtro Aquae destillatae
paulo eluendo. Liquor filtratus, in
patinam planam immissus seponatur
loco tepido, cujus temperies 30° C.
non excedit, donec evaporatione spon-
tanea satis salis crystallisati demissum
fuerit. Effic. *P.* 35.

Crystalla inter strages chartae bi-
bulae premendo siccata servantur in
vitris obturatis, a luce remotis. (Anti-
zymoticum).

Magnesia-Kali boro- tartaricum.

Rp. Tartari boraxati *P.* 100.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 500.

Tum sensim admisce

Magnesiae ustae *P.* 20.

Post horam unam filtra et liquorem
evaporando loco calido ad siccum re-
dige.

Magnesia-Kali tartaricum.

Rp. Kali bitartarici pulv. *P.* 20

Magnesiae hydrico-carboni-
cae *P.* 5

Aquae destill. *P.* 10.

In ollam vitream immissae stent loco
frigido (calore 12° C. non excedente)
et saepius agitentur, tum seponantur
per aliquot dies, donec in massam crys-
tallinam (vel in crystalla prismatica)

transierint, quae statim in lagenam bene
obturatorum immittatur et servetur.

Magnesia-Kali tartaricum solutum.

Rp. Kali bitartarici subtiliter
pulv. *P.* 30

Magnesiae hydrico-carboni-
cae *P.* 10

Aquae dest. frigidae *P.* 120.

In lagenam vitream immissas, inter-
dum agitatas, sepone loco frigido (ca-
lore 12° C. non excedente) per horas
sex. Tum filtra, filtrum postremo elu-
endo Aquae destillatae ea quantitate,
ut liquor filtratus exaequet

Partes 172.

Ad usum recens paretur. Partes 4
liquoris continent partem unam Ma-
gnesia-Kali tartarici crystallisati.

Sit saporis salini amariuseculi.

Magnesia lactica.

Magnesium lacticum. Lactas Magnesii.

$Mg(C_3H_5O_3)_2 \cdot 3(H_2O) = 256 -$

$MgO, C^6H^6O^5 + 3HO = 128.$

Rp. Ferri lactici corrupti *P.* 2

[¹] Aquae destill. *P.* 16.

In patinam porcellaneam immissas
coque per horam unam. Dein adde

Magnesiae hydrico-carboni-
cae *P.* 1

et evapora ad volumen liquoris usque
dimidium. Post refrigerationem filtra,
residuum in filtro aqua eluendo. Li-
quori limpido denuo in patinam por-
cellaneam remisso calefactoque ad
ebullitionem usque instilla

Aquae chloratae

eam quantitatem, ut vestigia ferri per-
fecte in oxydum transmutentur (quod
Kalio ferricyanato rubro investigan-
dum est). Quo facto immisce

Magnesiae ustae

quantum ad oxydum ferri praeci-
pitandum sufficit. Liquori dein filtrato,
usque ad *P.* 10 remanentes evaporando
redacto inter agitationem instilla tam-
diu

Spiritus V. rectfss.,

quandiu mixtura manet limpida, dein
post horam dimidium admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 20

et sepone per aliquot dies loco frigido.
Post hoc tempus massa salina Spiritu

Vini abluatur et expressa inter chartae bibulae strages loco vix tepido siccetur. Effic. *P.* 1½.

Rp. Calcariae lacticae *P.* 60

[²] Aquae destillatae *P.* 300.

In patinam porcellaneam immissas, usque ad ebullitionem calefactas primum commisce cum

Magnesiae sulfuricae cryst.

P. 52

Magnesiae hydro- carbonicae *P.* 1,

dein cum

Calcariae chloratae *P.* 1

antea in aqua soluta. Tum filtra, residuum in filtro Aqua destillata eluendo, ut sint colaturae *P.* circiter 700.

Liquorem sepone per diem unum loco frigido et denuo filtra, tum evaporando ad voluminis usque trientem redactum post refrigerationem inter agitationem commisce cum

Spiritus *V.* rectfss.,

quamdiu turbatio non efficitur. Deinde addantur

Spiritus *V.* rectfss. *P.* 700.

Peragatur, ut supra praeceptum est. Effic. *P.* 40—44.

Sint crystallula tenera prismatica, coloris expertia, solubilia in *P.* 13—15 aquae frigidae. *Dosis:* 1,0—3,0 ter quaterve per diem. (Purgans leniens).

Magnesia phosphorica.

$MgHPO_4 \cdot 7H_2O = 2MgO, HO, PO^5 + 14HO = 246,5.$

Rp. Natri phosphoric. cryst. *P.* 5.
Solve in

Aquae destill. *P.* 20.

Solutis et filtratis affunde inter agitationem liquorem solvendo paratum e

Magnesiae sulfuricae cryst. *P.* 3 et

Aquae destill. *P.* 9.

Dein sepone per aliquot dies loco frigido. Crystalla collecta, Aquae destillatae paulo abluta, sepone loco tepido, ut fatiscant. Postremum massa contrita servetur.

Magnesia ricinica.

Sapo Ricini olei magnesianus.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 25.
Solve coquendo in lebetes ferreo in

Aquae *P.* 200.

Solutioni ebullienti paulatim inter agitationem admisce

Calcariae ustae opt. *P.* 6.

Tum coque, usquedum portiuncula exempta liquoris filtrata, affuso Acido hydrochlorico, non amplius effervescat. Liquor causticus per linteum colatus in lagenam obturandam infundatur, ut subsidat. Tum liquor decanthando depuratus evaporetur usque ad

Partes 30 remanentes.

Liquori refrigerato agitando admisce

Olei Ricini *P.* 30.

Sepone miscelam loco calido et saepius agita, donec homogenea appareat et spissescere incipiat. Tum admisce

Aquae destill. *P.* 10,

calore balnei vaporis sepone per duas horas et saepius agita. Dein affusis

Aquae destill. fervidae *P.* 30, adde liquorem calidum, solvendo paratum e

Magnesiae sulfuricae *P.* 25

Salis culinaris *P.* 10

Aquae destill. *P.* 120.

Ope spatulae agita, donec sapo magnesianus in massam spissam albidam coierit. Tum lixivium defunde et massam saponaceam depse, ut a lixivio adhaerente, quantum fieri potest, liberetur. Massam exsicca et in pulverem redige. In lagenis obturatis serva. Effic. circiter *P.* 28.

Magnesia salicylica.

Salicylas Magnesii.

Rp. Magnesiae ustae *P.* 1

Acidi salicylici *P.* 7.

Misce exacte (ex tempore). *Dosis:* 3,0—6,0 pro die (typhus), 6,0—8,0 laxans.

Magnesia stibiata.

Rp. Magnesiae carbonicae *P.* 10

Tartari stibiat. subt. pulv.

P. 1.

Misce exacte.

Magnesia sulfurica

crystallisata.

Sulfas Magnesii. Magnesium sulfuricum.

$MgSO_4 \cdot 7H_2O = 246 - MgO, SO^3 + 7HO = 123.$

Rp. Magnesia sulfuricae in paratione aquarum mineralium e Magnesite affectae, non acidae, q. v.

Immitte in

Aquam fervidam,

ut obtineatur solutio concentrata, quae post sedimentationem adhuc calida decanthur, dein denuo fervefacta in vas ligneum immissa et voluminis triente aquae fervidae diluta sensim inter agitationem commisceatur cum

Calcariae hypochlorosae

antea cum aqua mixtae ea quantitate, ut ferrum oxydulatum, quo liquor inquinatus est, in oxydum ferricum transmutatum sit. Oxydatio perfecta est, si vestigando Kali hypermanganicum solutum non amplius decoloretur. Dein liquor filtratus l. a. in crystallam cogatur, actum crystallisationis turbando.

Magnesia sulfurica sicca.

Magnesium sulfuricum siccum.

Rp. Magnesia sulfuricae cryst. 100,0.

In patellam porcellaneam ingesta inter agitationem calore balnei aquae tandiu calefac, donec pondus salis ad grammata 63,0—65,0 reductum fuerit. Sit pulvis modice subtilis, albissimus.

Magnesia sulfurica soluta.

Solutio Magnesii sulfurici.

(Ad recepturam.)

Rp. Magnesia sulfuric. cryst. P. 1.


Solve in

Aquae destill. P. 2.

Filtra. Pond. spec. 1,179—1,180. Signa: Magnesia sulfurica. Sumatur 3plum.

Magnesia sulfurosa.

Magnesium sulfurosum. Sulfis Magnesii s. magnesicus. *Magnesium-sulfis.*



Rp. Magnesia subcarbonicae P. 1

[¹] Aquae destill. P. 6.

Per mixtas transmittit Acidum sulfurosum gasiforme, aqua elotum, donec emissio Acidi carbonici cessaverit et liquor odorem Acidi sulfuriosi acceperit. Tum adde exiguam copiam Magnesia subcarbonicae, cavens tamen, ne liquor reactionem acidam amittat. Massam pulveream depositam in colatorio linteo collige. Colaturam leniore calore fere ad siccitatem evapora et cum illa massa pulvere conijunge, tum preli ope exprime et massam expressam confusam inter chartam bibulam satis sicca. Sit pulvis crystallinus albus, difficile in aqua solubilis. Solutio aquosa Baryo chlorato paulum tantum turbetur. Contineat copiam majorem sulfatis, aqua eluatur. Serva in vasis vitreis dense clausis, a luce remotis.

Rp. Magnesia subcarbonicae [²] 100,0.

Terendo agitandoque misce cum

Aquae dest. calidae 900,0.

In hanc mixturam introduce

Acid. sulfurosum gasiforme,

donec hoc Acidum praevaleat. Tum sepone loco frigidus per diem unum, deinde exprime et massam loco tepido quam celerrime sicca.

Rp. Magnesii sulfurici cryst. 100,0.

[³] Solutis leni calore in

Aquae destill. 200,0

inter agitationem admisce

Natrii sulfuriosi cryst. 105,0

soluta in

Aquae dest. tepidae 300,0.

Deinde admisce

Acidi sulfurici 2,0

diluta


Aquae destill. 30,0.

Sepone loco frigidus per diem unum, tum massam albam exprimendo collige etc.

Sit pulvis albus, in aquae partibus 20 solubilis, Oxygenium resorbens. Serva loco umbroso frigidus in vasis vitreis, dense clausis. Dosis: 1,0—2,0, pro die 10,0—20,0 (morbus zymoticus uti typhus, scarlatina, febris puerperalis, pyaemia etc.). Externe: Sal in aqua solutum ad vulnera desinfienda adhibetur.

Magnesia tartarica.

Tartras Magnesii.



Rp. Acidi tartarici cryst. P. 15.

Solve in

Aquae destill. frigid. P. 120.

Tum liquori frigidiori paulatim adde

Magnesiae hydricarbonicae
P. 10

vel q. s., ut post effervescentiam paulum non solum remaneat. Dein celeriter cola et liquorem loco tepido seponendo lente in crystallam redige. Sit pulvis crystallinus albissimus, in aqua difficulter solubilis.

Magnesia tartarica Rademacheri.

Rp. Acidi tartarici 10,0.

Solve in

Aquae dest. calidae 20,0.

Tum adde

Magnesiae hydricarbonicae

q. s.

usque ad neutralisationem, deinde evapora, donec massa sicca remaneat.

Magnesia usta.

Magnesia calcinata. Magnesium oxydatum. Magnesia usta levis. Oxydum magnesium. *Light Magnesia.*



Rp. Magnesiae carbonic. levis q. s.

In ollas figulinas, non vitreatas, ingeratur et, opereulo imposito, igne fortiori (calorem fornacis figuli modicum adhibere potest) ita uratur, ut Magnesia aqua mixta Acido sulfurico diluto addito nullam effervescentiam gignat. Refrigerata in vasis vitreis, bene obturatis servetur. *Dosis:* 0,2—0,5—1,0 (antacidum). 2,0—5,0—10,0 (purgans).

Magnesia usta ponderosa.Oxydum magnesium. *Heavy Magnesia.**Magnesia-Henry.*

Rp. Magnesiae carbonicae crystallatae q. s.


In ollas figulinas, non vitreatas inculcando ingeratur et, opereulo imposito, calore fortiore fornacis figuli uratur, donec portiuncula aqua mixta Acido sulfurico diluto addito nullam

Hager.

effervescentiam producat. Massa refrigerata contrita in vitris dense obturatis servetur.

Magnesium chloratum.

Magnesia muriatica. Chloruretum magnesium s. Magnesii.



Rp. Acidi hydrochlorici puri, pd.

spec. 1,120, P. 30

(vel Acidi pd. spec. 1,124 P. 29)

Aquae destill. P. 10.

Mixtis et usque ad calorem 80° C. therm. non excedentem calefactis paulatim ingere

Magnesiae subcarbonicae


P. 9

vel quantum requiritur ad neutralisationem Acidi. Liquor filtretur, filtrum aquae paulo eluendo, tum calore balnei vaporis evaporetur, donec

Partes 20

supersint, aut donec portiuncula exenta semirefrigerata appareat sicca. Massam semirefrigeratam, pistillo calido contritam, statim in lagenas vitreasingere et in iis, epistomiis suberinis optime clausis, serva. Sit pulvis crystallinus, in aëre humescens, in aquae 0,6 solubilis. *Dosis:* 0,3—0,5—1,0 pluries per diem.

Magnesii chlorati 15,0—20,0—25,0 soluta in Aquae destill. 500,0 praebent: *Eau magnésienne de Rabiteau.*

Magnesium sulfuratum.

Rp. Magnesiae ustae P. 1

Aquae destill. P. 20.

Mixtas et usque ad ebullitionem calefactas sepone, ut refrigescant. Tum in hanc miscelam l. a. tandem conducatur

Gas hydrosulfuratum,

donec miscela interdum agitata eo saturata sit. Serva in minoribus lagenis, opistomiis suberinis optime obturatis, loco frigido et a luce remoto.

Manganum aceticum

oxydulatum.

Rp. Aceti concentrati (30%) P. 20.

Calefactis inter agitationem et paulatim injice

**Mangani carbonici recens
praecipitati**

quantitatem sufficientem, quae solvitur. Liquor filtratus leni calore (40–50° C.) ad siccum evaporetur, aut cuticula salina apparente ad crystallisationem seponatur. Crystalla premendo inter strages chartae bibulae et loco tepido quam celerrime siccentur.

Sit sal pulverem crystallinum albidum vel in crystallulis rhombicis pellucidis, parum rubentibus vel coloris expertibus.

**Manganum boracicum
oxydulatum.**

(Ad usum technic.)

Rp. Mangani chlorati (e paratione
Aquae chloratae)

Aquae communis aa P.

Mixtis instilla inter agitationem

Liquorem Natri carbonici

donesc portuincula filtrata fluidi Liquore Ammonii sulfurati affuso praecipitatum calore carneo (non nigro vel griseo) demittat. Tum filtra. Liquori limpido calefacto instilla liquorem fervidum, solvendo paratum e

Boracis P. 1 et

Aquae P. 16

quamdiu inde praecipitatum exoritur, quod aqua clotum exprime et sicca.

**Manganum carbonicum
oxydulatum.**

$MnCO_3=115,2-MnO,CO_2=57,6.$

Rp. Mangani sulfurici puri cryst.
P. 10.

Solve in

Aquae destillatae P. 100

antea coquendo ab aëre atmosphaerico liberatis. Liquori filtrato et ad circiter + 10° C. refrigerato sensim instilla inter lenem agitationem

Natri bicarbonici P. 10

antea solutas in

Aquae destill. frigidae P. 150,

quae coquendo ab aëre atmosphaerico liberatae sunt. Dein sepone per diem unum. Praecipitatum inde ortum aqua elue, dein inter strages chartae bibulae expressum loco tepido exsicca.

Contritum serva in lagenis obturatis. Sit pulvis albidus, insipidus, in Acido acetico plane solubilis. Dosis: 0,3–0,6–1,0 bis terve per diem.

Manganum chloratum.

Rp. Mangani hyperoxydati depurati P. 20.

Solve sub divo digerendo ope lenis caloris in

Acidi hydrochlorici puri
(25 %) P. 120.

Chloro perfecte expulso, liquori decanthato adde

Mangani carbonici P. 1,

tum digere per aliquot horas et filtra. Liquor quam celerrime ad siccum evaporetur. Sit massa salina alba.

Manganum chloratum crystallisatum.

$MnCl_2+4H_2O=189,2-MnCl+4HO=99,1.$

Manganum chloratum crystallisatum aequali modo paretur, ita tamen, ut liquorem Mangani chlorati evaporando frigerandoque in crystalla redigas, quae celeriter premendo inter chartam bibulam sicces et in lagenis optime obturatis serves. Sint crystalla pallide rosea, in aëre deliquescentia. Dosis: 0,3–0,5–1,0.

**Manganum citricum
(oxydulatum).**

Rp. Mangani carbonici P. 6

Acidi citrici P. 21

Aquae destillatae P. 27.

In mortarium porcellaneum immisas inter terendum digere per horam unam, tum massam in filtro collige, aqua alblue et premendo inter strages chartae bibulae loco tepido sicca. Sit pulvis albus, in lagenis obturatis servandus.

**Manganum
et Ferrum carbonicum
saccharatum.**

Paretur aequali modo, quo Ferrum carbonicum saccharatum, e

Ferri sulfurici cryst. P. 25

Mangani sulfurici cryst. P. 9

Natri carbonici cryst. P. 40

Sacchari P. 16.

**Manganum
hyperoxydatum
depuratum.**

Bioxydum manganicum. Oxydum
manganicum *Ph. Gall.*
 $MnO_2=87,2-MnO=43,6.$

Rp. Mangani oxydati nativi optimi *P. 15.*

Pulveratis et in cucurbitam vitream immissis affunde

Acidi muriatici crudi *P. 10*

Aquae *P. 30.*

Digere leni calore divo per aliquot horas. Tum, affusa aquae calidae quantitate majore, sedimentum collige, aqua ablue, in cucurbitam remitte, et affusis

Acidi nitrici crudi *P. 5 et*

Aquae *P. 10*

iterum leni calore digere per aliquot horas. Tandem sedimentum aqua bene ablue et sicca.

Nota. Manganum hyperoxydatum residuum mixtionis, ex qua gas Chlori evolvisi, aqua bene ablutum, siccatum et pulveratum est satis depuratum et ad salia Mangani paranda aptum.

Dosis: 0,25–0,5–1,0 pluries per d.

Manganum jodatum.

Rp. Acidi hydrojodici *P. 100.*

In cucurbitam immissis paulatim adde

Mangani carbonici *P. 5*

vel q. s., ut paululum non solum remaneat. Tum quam celerrime filtra et liquorem in cucurbitam parvam vitream immissum coquendo, ut pars vacua cucurbitae semper vaporibus aquosis repleatur, ad siccum evapora. Massa sicca eximatur et statim in lagenas parvas siccas, bene obturandas, ingeratur. Sit massa crystallina rosea.

Manganum lacticum.

Rp. Calcariae lactic. cryst. *P. 12.*

Solve leni calore in

Aquae dest. fervid. *P. 80.*

Liquori filtrato frigido instilla

Spiritus V. rectfss. *P. 20,*

dein solutionem frigidam filtratam, paratam e

Mangani chlorati sicci *P. 5*

et Aquae destill. *P. 20*

et agita. Tum immixtis

Spiritus V. rectfss. *P. 60*
sepone per dies duos loco frigido. Sedimentum exortum in filtro collige, Spiritu Vini rectificato ablue, exprime et leni calore sicca. Serva in lagenis obturatis. Sint crystallula paulum rosea, in aqua frigida parum solubilia.

**Manganum sulfuricum
crystallisatum.**

Sulfas manganosus. *Manganosulfat.*

$MnSO_4 \cdot 4H_2O=223,2-MnO,SO_3+$
 $4HO=111,6.$

Rp. Acidi sulfurici diluti *P. 45.*

[1] In vas amplum ingestis et calefactis paulatim immitte

Mangani carbonici oxydulati sicci *P. 10*

vel quantum solvitur. Solutio celeriter filtrata evaporetur, ut partes circiter 28 supersint. Tum sepone loco temperaturae mediae (+20 ad 30° C.), ut fluidum in crystallata abeat, quae evitando calorem inter chartam bibulam premendo sicces. Serva in lagenis vitreis obturatis. Effic. circiter *P. 15.* Sint crystallata fere coloris expertia aut subrubescencia.

Rp. Mangani hyperoxydati depurati

Acidi sulfurici concentrati

aa *P.*

In patinam porcellaneam immissae sub divo et modico calore inter agitationem ad siccum evaporentur. Massa refrigerata solvatur in

Aquae destillatae

quantitate triplici et post filtrationem, additis guttis nonnullis Acidi sulfurici, evaporando seponendoque in crystallata cogatur.

Dosis: 0,2–0,5 ter quaterve per diem (anaemia, scrophulosis). 2,0–5,0 purgans, divisa in partes duas aequales, ante meridiem sumendae (saepius vi emetica). In unguine 2,0–5,0 : 10,0 adip., lanolin. (adenophyma, bubo).

Manganum tannicum.

Rp. Mangani carbonici

Aceti concentrati

Aquae destill. aa *P. 10.*

In mortario porcellaneo, calefacto, conterendo mixtis adde

Acidi tannici pulv. *P.* 20.

Sepone per decem horas, interdum agitando, loco tepido, tum admisce

Spiritus *V.* rectfss. *P.* 40.

Mixtura in filtrum immittatur et massa pultiformis, liquore separato, loco tepido siccetur et in pulverem redigatur.

Manna tabulata.

Morsuli mannati. (Manna ad usum mercatorium.)

Rp. Mannae Calabrinae *P.* 30.

Solve coquendo in
Aquaе destill. *P.* 15.

Colaturam, additis
Sacchari albi *P.* 5,

non agitando ad justam consistentiam tabulariam coquendo redige et in modulos ligneos aut chartaceos effunde. Massam semirefrigeratam in taleolas discinde et serva.

Mannites.

Mannitum. Saccharum Mannae.
 $C_6H_{12}OH_6 - C^{12}H^{14}O^{12} = 182.$

Rp. Mannae Calabrinae optimaе siccæ *P.* 30.

Solve in
Aquaе ferventis *P.* 90.

Solutis et colatis adde inter agitationem tandiu

Aceti plumbici (*P.* 3—4),
quamdiu fluidum inde turbatur. Fluidum adhuc calidum filtretur et tunc ei sensim instilletur tantum

Acidi sulfurici diluti
quantum ad justam plumbi soluti praecipitationem requiritur. Praecipitato filtratione separato, liquor limpidus evaporetur donec

Partes 35

supersint, quae adhuc calidae cum
Spiritus *V.* rectfss. tepidi
P. 70

commixtae per 24 horas loco frigido seponantur. Mannites, qui in massam pulposam coierit, supra linteum collige, forfiter exprime et in

Spiritus *V.* rectfss. ferventis
P. 40—45

solve. Solutionem deinde adhuc calidam filtra et loco frigido per 3—4 dies sepone, ut in massam crystallinam coëat, quam in linteo collectam et

Spiritu Vini rectificatissimo ablutam exprime atque calore lenissimo siccata in pulverem redige. Sit pulvis albusissimus levis, a plumbo liber, in aquae partibus septem solubilis Effic. *P.* 10—20.

Dosis: Purgans, 20,0—30,0 pro die. Non laudatur.

Massa bacillaria.

Massa ad stilos, bacillas, ligulas.
Stiftmasse. Bacillenmasse.

Rp. Tragacanthae pulv. 10,0

Aquaе destill. 5,0

Glycerinae 40,0.

Misce exacte.

Massa Balsami Copaivae.

Balsamum Copaivae solidificatum.
Massa Copaibae. *Copahu solidifié.*

Rp. Balsami Copaivae *P.* 100

Magnesiae recens ustae *P.* 7

Aquaе destillatae *P.* 3.

Bene mixtae seponantur, ut fiat massa consistentiae terebinthinae spissioris. Serva in ollis porcellaneis obturatis.

Ad pilularum parationem adhibetur.
Ph. U. St. Bals. 94, Magnes. 6.

Massa ad candelas fumales.

Rp. Corticis Cascarillae *P.* 25

Benzoës

Olibani aa *P.* 20

Succini

Sandaracae aa *P.* 5

Carbonis vegetabilis (vel Lig-
ni Santali rubri) *P.* 30

Kali nitrici *P.* 10.

M. f. pulvis, cui admisce

Styracis liquidi *P.* 30

Balsami Peruviani *P.* 5.

Massa cataplastica.

Cataplasma perfectum s. siccum.
Cataplasme instantané (Lelièvre).

Fertiger Umschlag.

Rp. Vattam gossypinam

quam irrigatam

Mucilaginis carragahenicae s.

Sphaerococci crispi

ad 75—85° C. calefactae quantitate sufficiente inter laminas perforatas ferrostannatas leni calore sicca, ut la-

minae ad 0,5—1,0 centimetra crassae efficiantur. Mucilago e Carragahen 10,0 et aquae 200,0 coquendo effecta commisceatur cum

Glycerinae 5,0 (—10,0).

Usus: Massa in laminas quadras, 10 cm longas et 5 cm latas divisa et in aquam fere fervidam immersa mollescit, ut cataplasmetur, etiam convoluta in vaginam et rectum introducenda sit.

Mucilago cum substantiis medicinalibus etiam commisceatur uti cum Extracto Opii, Acido carbolico, Liquore Ferri sesquichlorati, Morphino etc., quo modo efficiantur:

Cataplasma perfectum cum Acido carbolico.

— — cum Ferro sesquichlorato.

— — cum Opio etc.

Medicus copiam medicaminis, quae singulis laminis addenda est, praecipit.

Massa emplastica.

Collemplastrum concentratum. *Gummiplastermasse. Kautschukpflaster. Klebplastermasse.*

Massa emplastica cummea s. gummea.

Rp. Resinae elasticae (*Kautschuk*)
[1] lotae P. 10.

In particulas minimas dissectis et in batillum porcellaneum injectis adde

Lanolinae anhydrae

Colophonii ana P. 25.

In balneum arenae colloca per horam unam, interdum agitando, tum calorem sensim auge (ad 180—200° C.), ut massa agitata paulum spumescat et modice vaporet, agitationem porro duccendo, donec resina elastica soluta fuerit. Deinde adde

Colophonii P. 25

Resinae Dammarae pulv. P. 10 et agita, ut liquescendo massa aequalis efficiatur, quam in ollam infunde et serva. Fiat massa e nigro fusca.

Usus: Emplastro cuique parva copia hujus massae emplasticae admiscitur, ut emplastri vis agglutinativa augeatur.

Massa emplastica perchata.

Rp. Guttaperchae 10,0.

[2] Submergendo in aquam fervidam emollita in particulas minimas dissecentur, tum eo modo sub I notato tractentur. Fiat massa emplastica e fusco flava.

Massa hortativa.

(Bacilla animantia)

Rp. Piperis nigri minutim contusi 20,0.

Misce cum

Glycerinae 50,0

Aquae destill. 10,0

Sacchari albi 100,0

Massae cacaoinae 50,0

Fructus Pimenti plv.

Cort. Cinnamomi aa 5,0

Olei Menthae pip. 2,5,

ut fiat massa (quae in bacilla 200—300 formantur. Vir mane cum potu Coffeae bacilla 3—5 sumat.)

Massa keratinata ad capsulas.

Masse zu Dünndarmkapseln. Keratinmasse.

Rp. Solutionis Keratinae ammoniacalis q. v.

Evaporando ad spissitudinem syrupi redige, tum adde liquorem ejusdem spissitudinis, solvendo, filtrando evaporandoque paratum e

Laccae in tabulis P. 10

Boracis P. 1

Aquae destill. P. 50

eo modo, ut P. 2 solutionis Keratinae cum liquoris Laccae P. 1 miscantur. E mixtura calida capsulae efficiantur. Huic massae adhuc saepe admiscitur solutio Colophonii ammoniacalis spissa.

Massa mercurialis.

Massa Hydrargyri. *Mass of Mercury. Blue Mass. Blue Pills* (Pilulae Hydrargyri).

Rp. Hydrargyri puri 33,0.

Tam diu ita conterere cum

Glycerinae 3,0

Radicis Liquiritiae 5,0

donec Hydrargyrum plane divisum fuerit nisi que oculo armato portunculae metallicae dignosci vix possint. Tum admisce

Radicis Althaeae pulv. 25,0

Mellis rosati 34,0.

Massa pilularis sit ponderis 100,0 g.
(*Ph. U. St. Conf. Pil. hydrargyrosas.*)

**Massa pilularum e
Cynoglosso.**

Massa pilularum sedantium cum Cynoglosso. Pilulae sedantes s. Opii comp.

Rp. Radicis Cynoglossi
Seminis Hyoseyami
Olibani
Opii \widehat{aa} 20,0
Myrrhae 30,0
Styracis Calamitae
Caryophyllorum
Cassiae cinnam. \widehat{aa} 10,0.

Pulverata optime commisceantur.

Nota. Partes 7 mixtionis continent
circaiter Partem unam Opii. *Dosis:* 0,2
—0,4—0,75 ter quaterve pro die.

**Massa pilularum
eccoproticarum.**

Pilulae eccoproticae.

Rp. Aloës 8,0
Gummi res. Ammoniaci 4,0
Extracti Hellebori nigri
Resinae Guajaci \widehat{aa} 6,0
Kali sulfurici 2,0
Extracti Gentianae
Extracti Myrrhae \widehat{aa} 1,0
Balsami Peruviani
Crocii \widehat{aa} 0,5
Syrupi Rhamni cath. q. s.
M. fiat massa pilularis.

**Massa pilularum Ruffi
(s. Ruffii).**

Rp. Aloës P. 6
Myrrhae P. 3
Crocii P. 1.

Pulveratas mixtasque serva in vase
bene clauso. Vini Hispanici q. s. ad-
dendo massa pilularis efficitur. (Confer
pilulas aloëticas.)

**Massa siccans pictorum
polientium.**

Siccativ für Staffiermaler.

Rp. Zinci sulfurici
[¹] Plumbi acetici cryst. \widehat{aa} P. 1

Cerussae plumbicae optimae
P. 2.

Pulveratis adde
Vernicis Lini q. s.,
ut fiat massa, quae optime laevigetur.

Pulvis siccans.

Siccativ zumatiqué. Siccativ.

Rp. Zinci carbonici (Cerussae
[²] zincicae) P. 5

Mangani boracici P. 1.

M. Fiat pulvis subtilissimus.

Usus: Partes 2—3 hujus pulveris
addantur 100 Partibus mixtionis oleo-
sae cum Zinco carbonico (Cerussae zin-
cicae) ad illinimenta.

Extractum Mangani.

Manganextrakt.

Rp. Mangani boracici
[³] Cerussae zincicae \widehat{aa} P.
Misc.

Rp. Cerussae zincicae P. 90

[⁴] Mangani boracici
Mangani oxydati hydrati
 \widehat{aa} P. 5.

M. Fiat pulvis subtilissimus.

Siccativum liquidum.

Siccativöl.

Rp. Cerussae plumbicae P. 2

[⁵] Lithargyri
Plumbi acetici cryst.
Minii \widehat{aa} P. 3.

Pulveratis et in lebetem cupreum
ingestis affunde

Olei Lini P. 60.

Inter agitationem coque per duas
horas modico calore. Tum lebete ab
igne remoto, admisce liquori paulum
refrigerato

Olei Terebinthinae P. 40

et agitare perge, donec miscela refri-
gerata fuerit. Dein sepone per aliquot
dies, decantha et filtra.

[⁶] Siccativum a plumbo liberum.

Paretur ut Siccativum liquidum, nisi
quod loco substantiarum plumbicarum
Manganum hyperoxydatum pul-
veratum vel P. 2 Kali hyperman-
ganici in pulverem redacti sumuntur
et coctio in lebete porcellaneo effi-
citur. Liquorem sepone et decantha.

Massa urethralis

Unna.

Rp. Olei Cacao 100,0

Cerae flavae 5,0

Balsami Peruviani 2,0

Rd. Curcumae pulv. 5,0.

Digere per horas duas, tum cola per linteum siccatum. Liquori filtrato admisce conquassando

Argentī nitrici 1,0 (—2,0)
solutum in

Aquae calidae 2,0 (—3,0).

Masticatoria.

Kaumittel.

Masticatorium aromaticum.

Rp. Myrrhae P. 5

[¹] Cassiae cinnamomeae P. 3

Pulveris aromatici P. 2

Cardamomi minoris P. 1.

Ad pulverem subtilissimum redactas immisce

Terebinthinae coctae P. 20

Terebinthinae Venetae P. 2
antea liquando mixtis. Fiant pastilli ponderis 0,5 Gramm.

Masticatorium orientale.

Rp. Pulveris aromatici P. 2

[²] Radicis Pyrethri P. 4

Radicis Zingiberis P. 1

Elaeosacchari Vanillae P. ¹/₂

Mastiches P. 2.

Ad pulverem subtiliorem redactas immisce

Cerae flavae P. 6

quae antea liquatae sunt. Ex massa formentur pastilli ponderis Grammat. 0,3, Argento foliato obducendi.

Medicamina Capillorum.

Aquae contra alopeciam

s. defluvium capillorum.

Aqua s. Spiritus trichophyticus. *Waschwasser gegen das Ausfallen der Haare.*

Rp. Tincturae Gallarum 5,0

[¹] Tincturae Cantharidum 1,0

Chinini sulfurici 1,0

Acidi aceticī 1,5

Aquae Coloniensis 25,0

Aquae Rosae 50,0.

Misce conquassando, tum sepone per aliquot dies et filtra.

Rp. Mixturae oleoso-balsamicae

[²] Glycerini aa 20,0

Tincturae Cantharidum 1,0

Spiritus V. Gall. 60,0

Acidi tannici 2,0.

M. et solve. Post aliquod tempus filtra.

Usus: Quoque die cutis capitis liquore humectetur.

Medicamen Epensteinii.

Rp. Tincturae Cantharid. 5,0

[³] Spiritus Sinapis 0,5

Olei Lavandulae

Olei Amygd. amar. aeth.

Olei Rosarum

Olei Neroli aa 0,3

Spiritus V. rectfss. 50,0.

M. Quoque altero die quantitate, quae cochlear parvum replet, ope spongiae cuti capitis infricetur.

Aqua antalopecica.

Chloralwasser.

Confer in pag. 55 notatam.

Balsamum crinale

Hollandicum.

Rp. Foliorum Lauri

Caryophyllorum aa 10,0.

Concisis contusisque affunde

Aquae Rosae 150,0

Spiritus V. rectfss. 450,0

Olei Lavandulae 5,0.

Digere per aliquot dies, tum exprime et filtra. Liquori filtrato admisce

Aetheris 10,0

Olei Amygdalarum amararum aetherei 0,5.

**Balsamum crinale
Krelleri.**

Kreller's Mailändischer Haarbalsam.

- Rp. Medullae bovinæ 25,0
Extracti Chinae spirit. 3,0
Balsami Peruviani 1,0
Mixturae odoriferae 2,0.
M., ut fiat l. a. unguentum.

Essentia antalopecica.

Haarkraftessenz.

- Rp. Balsami Peruviani 6,0
Olei Bergamottae 1,0
Olei Arnicae aeth. 0,25
Spiritus Vini (90%) 200,0
Glycerinae 20,0.

M. D. S. *Täglich einmal die Kopfhaut zu benetzen oder zu bereiben. Remedium defluvium pilorum retinens.*

**Linimentum contra
alopeciam.**

Gegen das Ausfallen und Auspringen der Haare.

- Rp. Tincturae Cantharidum 1,0
[¹] Balsami Vitae Hoffm. 50,0
Acidi tannici 5,0
Aquae Rosae 50,0
Spiritus V. rectfss.
Glycerinae aa 100,0.

Misce, solve et filtra.

- Rp. Spiritus V. rectfss. 100,0
[²] Mixturae odoriferae moschatae 5,0
Chinini sulfurici 1,0
Pilocarpini hydrochlorici 0,2
Acidi acetici 0,5.

Mixtis filtratisque inter agitationem instilla

Olei Ricini 20,0
et agita. Si mixtura inde turbida fit, admisce

Spiritus V. rectfss. q. s.,
ut limpida reddatur.

- Rp. Olei Ricini 25,0
[³] Mixturae odoriferae 2,0
Acidi tannici 5,0
Spiritus V. rectfss. 150,0.
Misce, solve, filtra.

Usus: his liquoribus cutis capitis quotidie semel humectatur.

- Rp. Pilocarpini hydrochlorici 0,3
[⁴] Tinct. Cantharidum 3,0
Mixturae oleoso-bals. 40,0
Spiritus Vini absoluti 10,0
Glycerinae 50,0.

M. S. *Haarwuchsliniment.*

Trichomaticum.

- Rp. Acidi carbolici 2,0
[⁵] Tinct. Strychni 10,0
— Chinae 40,0
— Cantharid. 3,0
Aquae Coloniensis 80,0
Olei Ricini 40,0.

Misce. Ad usum agitandum est. Ope spongiae vel scoparum setacearum coma capillusque quotidie illinatur per hebdomades duas.

Brillantine. /

- Rp. Olei Ricini 10,0
[⁶] Balsami Peruviani 1,0
Tincturae Chinae
Glycerinae aa 10,0
Spiritus Vini (92%) 176,0
Olei Bergamottae
— Caryophyllorum
— Naphae aa 1,0.

Misce et post diem unum filtra.

Pomata contra alopeciam.

Haarwuchspomade.

- Rp. Pomatae odoratae 50,0
[¹] Lanolinae hydratae 10,0
Chinini sulfurici 1,0
Aceti concentrati 1,5
Aquae destill. 2,0.

M. l. a. exactissime.

- Rp. Pomatae odoratae 50,0
[²] Acidi tannici 1,5
Tincturae Cantharidum 0,5
Mixturae oleos. bals. 1,5.

Misce.

- Rp. Pomatae odoratae 40,0
[³] Lanolinae hydratae 20,0
Mixturae oleos. balsam.
Extracti Chinae aa 5,0

Tincturae Cantharidum 0,5
 Pilocarpini hydrochloric. 0,25.

M. l. a.

Usus: Haec unguenta locis calvis cutis capitis infricanda sunt.

Pomata Dupuytrenii.

Pommade contre la calvitie de Dupuytren.

Rp. Medullae ossium bovin. P. 300

[¹] Balsami Peruviani P. 10

Olei Cinnamomi P. 5

Olei Bergamottae P. 3

Tincturae Cantharid. P. 2

Spiritus V. rectfss. P. 10.

Misce.

Balsamum crinale Wackerstonii.

Rp. Pomatae odoratae 30,0

[²] Tincturae Cantharid. 1,0

Balsami Peruviani 3,0

Corticis Chinae reg. subtilissime pulverati 2,0.

Misce.

Spiritus crinalis Unna.

Rp. Resorcinae 5,0

[³] Spiritus Vini

Spiritus Coloniensis aa 100,0

Olei Ricini 2,0.

M. et solve. Sit liquor limpidus.

Unguentum contra alopeciam Steegii.

Pomatum contra alopeciam. *Pomade gegen das Ausfallen der Haare.*

Rp. Chinini sulfurici 0,5.

[¹] Cum guttulis nonnullis olei Amygdalarum contritum commisce cum

Tannini

Spiritus odorati aa 1,0

Unguenti pomadini 60,0.

Unguentum contra calvitiem Dupuytrenii.

Rp. Extracti Cantharidum spirituosus 0,2

[²] Olei Amygdalar. dulc. 6,0

Unguenti pomadini

Medullae bovinæ aa 40,0.

M. Ph. Belg.

Aqua fixatoria

ad capillos.

Eau de Lustre. Fixateur des cheveux.

Wasser zum Befestigen der Haare.

Rp. Sacchari albi

[¹] Gummi Arabici aa 1,5

Aquae Rosae 100,0

Aquae Coloniensis 10,0.

Digerendo solve, misce, filtra.

Bandoline.

Rp. Tragacanthae pulv. 2,0

[²] Aquae Rosae 100,0.

Ebulliant et colentur. Colaturae adde

Fuchsini 0,1

solutum in

Spiritus Rosarum 10,0.

Liquor in vasa orificio amplo instructa infusus seponatur, ut refrigeret.

Liquor trichopathicus.

Linimentum contra fissuram capillorum.

Rp. Olei Ricini 100,0

Chinini sulfurici 1,0

Acidi acetici

Acidi carbolicus aa 0,5

Mixturae oleoso-balsamic.

20,0

Glycerinae 30,0.

Misce l. a., ut fiat linimentum. Bene agitatum cuti capillisque infricetur.

Depilatoria.

Pasta depilatoria. Rhusma s. Rusma (Turcarum).

Rp. Auripigmenti P. 1

[¹] Calcariae hydratae P. 3

Aquae communis q. s.

M. f. puls.

Depilatorium s. Psilothrum Plenckii.

Rp. Calcariae hydratae P. 50

[²] Auripigmenti P. 10

Amyli P. 30

Aquae calidae q. s.

M. fiat puls.

Rp. Auripigmenti 10,0

[³] Calcariae ustae 50,0

Amyli 20,0.

M. f. pulvis, in lagenis obturatis servandus. Ad usum cum aqua commisceatur.

Rp. Natrii sulphhydrati P. 3

[⁴] Calcariae hydratae P. 10
Amyli pulv. P. 5—10.

Misce, fiat pulvis. Cum aqua ad usum commisceatur.

Rp. Calcii sulphhydrati q. s.

[⁵] Cf. idem. Pag. 118.

Usus: Loci cutis pilis vestiti strage psilothri pultiformis crassitie 1—2 Millimetrorum obteguntur. Sexta parte horae praeterlapsa psilothrum aqua frigida abluatur.

Depilatorium Helleri.

Rp. Baryi sulfurati P. 1

[⁶] Calcii carbonici P. 5.

Misce. Miscendo cum aqua in pul-tem transactum adhibeatur et post minuta tria vel quatuor puls cuti illi-nita aquae ope removeatur.

Aqua mundatoria.

Rp. Corticis Quillajae contusi 10,0

Spiritus V. rectfss. 100,0.

Digere per diem unum, tum filtra. Liquori admisce

Mixturae oleoso-balsamicae
25,0

Fuchsini q. s.

Usus: Aquae communis volumine aequali commixta ad lotionem capilli adhibetur.

Tinctus Capillorum.

Haarfärbemittel.

Tinctus medicaminibus, quae plum-bica continent, saepius effectus valetudinem profigat. Medicamina hujus generis tantum quaque altera hebdomade semel adhibeantur!!

Rp. Calcariae ustae P. 20

[¹] Cerussae opt. P. 2

Lithargyri praep. P. 4.

Misceantur, ut fiat pulvis subtilissimus, quem in vitris obturatis serves.

Usus: Hic pulvis commiscendo cum aqua in mucilaginem tenuem redigatur, si capillos nigrare vis, cum lacte vero vaccino, si eos fuscare vis. Hae mucilagine spongiae ope minoris capilli usque ad radiculam humectentur. Tum capillitium linteum humectato et supra mitra per 4—8 horas obtegatur. Dein capillitium ope pectinis et scopulae purgetur et unguatur.

Rp. Bismuthi praec. nitrici P. 1.

[²] Tere cum Olei Amygdalarum guttis nonnullis. Tum admisce

Unguenti pomadini P. 10.

Usus: Haec pomata quotidie adhibeatur. Effectus lentus est.

Pomata fuscans.

Rp. Bismuthi subnitrici 10,0

[³] Acidi citrici 5,0

Glycerinae 20,0.

Optime contrita commisce cum

Pomatae odoriferae

Lanolinae hydratae aa 50,0

Olei Bergamottae 1,0.

Usus: Haec pomata quotidie adhibeatur. Effectus lentus est.

Pomata nigrans.

Rp. Extracti cort. nucis Jug-

[⁴] landis 2,5

Acidi pyrogallici 3,0

Glycerinae 5,0.

Optime contrita misce cum

Pomatae odoriferae

Lanolinae hydratae aa 50,0

Olei Bergamottae 1,5.

Pomata nigrans.

Rp. Acidi tannici 20,0

[⁵] Olei Amygdalar. 5,0

Kali carbonici subtilissime triti 2,5.

Mixta in ollam ampliolem inculcentur et calore balnei vaporis per octo dies inter iteratam agitationem digerantur. Tum massa contundendo optime praeparata exacte commisceatur cum

Unguenti pomadini, quod aquam non continet 100,0.

Denique massa subigatur

Ferri lactici 4,0

Aeruginis 1,0

antea terendo in mortario porcellaneo et addendo Oleum Amygdalarum ad pultem tenerrimam redactis.

Pomata argentata.

Rp. Argenti nitrici 1,0

[⁶] Ammonii carbonici 1,5

Unguenti pomadini 30,0.

M. l. a., ut fiat unguentum.

Usus: Cani hac pomata tertio quoque die unguantur.

Rp. Argenti nitrici

[7] Tartari depurati aa 1,0

Liquoris Ammonii caustici 2,0

Adipis suilli 30,0.

Misce l. a.

Rp. Bismuthi nitrici praec. 5,0

[8] Aeruginis 1,0

Olei Amygdalarum q. s.

Terendo in massam tenerrimam reducta commisce cum

Unguenti pomadini 30,0.

Usus: Cani tertio quoque die hoc unguento unguantur, quotidie autem unus vel duo Pastilli Sulfuris sumantur.

Eau de la Chine pour noircir les cheveux.

Rp. Argenti nitrici 1,25.

[9] Solve in

Aquae destill. 60,0.

Tum adde

Liquoris Hydrargyri nitrici oxydulati

Spiritus odorati aa 5,0.

Aqua fuscans capillos.

Rp. Acidi pyrogallici sublimati 1,0

[10] Spiritus odorati 5,0

Aquae destill. 40,0.

Solve et misce conquassando.

Usus: Capilli, aqua saponata lavando a pinguedine liberati, hac aqua altero quoque die humectentur. Postea capillus unguatur.

Rp. Cupri sulfurici cryst. 1,0.

[11] Solve in

Aquae Rosae 25,0.

Usus: Capilli antea Aqua Calcariae cloti hac solutione humectentur.

Aqua fusca.

Rp. Carbonis fossilis fusci (*Braun-*

[12] *kohle*) 10,0.

Pulveratis affunde

Liquoris Ammonii caustici

Aquae aa 50,0.

Macera per biduum, tum digere leni calore. Tandem usque ad ebullitionem calefac. Liquor colatus evaporetur ad mellaginis consistentiam. Hoc extractum solve in

Aquae destill. 100,0

Spiritus V. rectfss. 20,0

Aquae Coloniensis 5,0.

Usus: Capilli lavando aqua saponata a pingui liberati Aqua fusca saepius humectentur.

Aqua nigra Anglica.

Eau Anglaise pour teindre les cheveux en noir.

Rp. Ligni ebenini nigri raspati

[13] P. 10.

Affunde

Aquae P. 200.

Digere per 1—2 dies in vase clauso. Colaturae adde

Plumbi acetici cryst. P. 1

Spiritus odorati P. 10

et saepius agita.

Usus ut supra. Est pernicioza.

Aqua nigra Laforestii.

Rp. Vini rubri 500,0

[14] Salis culinaris 6,0

Ferri sulfurici 10,0.

Mixta usque ad ebullitionem calefac, tum adde

Aeruginis pulv. 6,0.

Post horae quadrantem admisce

Gallarum pulv. 12,0.

Aqua nigra Graeca.

Eau grecque pour teindre en noir les sourcils ou cheveux roux.

Rp. Argenti nitrici 5,0

[15] Plumbi acetici 1,0

Aquae destillatae 100,0

Aquae Coloniensis 1,0.

Solve et misce agitando.

Usus ut supra.

Liquor transmutatorius ad capillos.

Liqueur transmutative pour teindre soi-même les cheveux, moustaches et favoris en toutes nuances, inventée par Favier, chimiste à Paris.

Rp. Argenti nitrici 2,0
 [16] Aquae destill. 60,0
 Solve. *Signa: Liqueur Nr. I.*

Rp. Kali sulfurati 4,0
 [17] Aquae destill. 80,0
 Solve. *Signa: Liqueur Nr. II.*

Rp. Kali jodati 10,0
 [18] Aquae destill. 20,0
 Solve. *Signa: Liqueur Nr. III.*
Usus: Capilli lavando aqua saponata a pinguedine liberati liquore Nr. I humectantur, et liquore Nr. II depectuntur. Liquor Nr. III usui est ad delendas maculas nigras, in cute forte effectas.

*Melanogène. Melanocome.
 Krinochrom.*

Rp. Acidi pyrogallici 1,0
 [19] Acidi pyrolignosi rectf.
 Spiritus V. rectf. aa 50,0.
 Miscet et solve. *Signa: Nr. I.*

Rp. Argenti nitrici 3,0.
 [20] Solutis in
 Aquae destillatae 90,0
 sensim instilla
 Ammonii caustici soluti
 quantum requiritur, ut praecipitatum initio exoriens resolvatur. *Signa: Nr. II.*
Usus: Capilli cani aqua saponata purgati et desiccati ope scopulae liquore I humectatae scopentur, dein

alterius scopulae ope liquore II humectatae eodem modo tractentur.

Tinctura capillos fuscans.

Rp. Kali hypermanganici P. 1
 [21] Aquae destill. P. 50.
 Solve.

Usus: Capillus ope liquoris parati ex hyposulfitis natrici P. 1 et aquae P. 10 antea ablutus atque in aëre siccatus illa tinctura ope peniculi, quod dentes purgare solent, exerceatur. Cave ne vestes inspergas. Maculae in cute Acido hydrochlorico diluto delendae sunt. Quaque hebdomade semel tinctio capilli efficiatur.

Aqua capillos fuscans.

Rp. Bismuthi subnitrici 10,0
 [22] Glycerini 150,0.
 In cucurbitam vitream immissis et calefactis paulatim adde

Liquoris Kali caustici
 quantitatem sufficientem, donec inter agitationem et digerendo calore balnei aquae solutio limpida effecta fuerit. Tum instilla

Acidi citrici,
 Aqua destillata soluti, eam copiam, ut liquoris reactio parva alkalina certe remaneat. Tum adde

Aquae Aurantii florum q. s.,
 ut 300,0 Grammata expleantur. Liquorem pigmentis anilinicis colore tenuiore inficere potes.

Finis partis de capillorum medicaminibus.

Medicamina Lavillei.

Pilulae antirheumaticae Lavillei.
 Rp. Extracti Physalidis Alkekengi
 [1] fruct. maturorum, a seminibus liberatorum 15,0
 Natri silicici 5,0
 Sacchari et Rad. Althaeae
 q. s.

M. f. pil. pond. 0,25.

Loco extracti illius Extractum Dulcamarae sumere licet.

Liquor antirheumaticus Lavillei.

Rp. Vini Hispanici 800,0

[2] Spiritus Vini rectfss. 100,0
 Aquae 85,0
 Extracti Colocynthis 2,5
 Chinini muriatici 2,5
 Conchinini sulfurici 2,5
 Acidi hydrochlorici diluti 1,0.

Solve et miscet. Cochlear \mathcal{M} s terve p. d.

Medulla bovina factitia.

Medulla ossium facticia. *Künstliches Rindermark.*

Rp. Adipis suilli rec. P. 2

Olei Cacao P. 1.

Liquando leni calore misceantur.

Mel balsamicum

Hilli.

Hill'scher Honigbalsam.

- Rp. Balsami Tolutani 10,0
 Styracis liquidi 2,0
 Opii pulverati 1,0
 Mellis 100,0
 Spiritus Vini rectfss. 300,0.
 Macera per aliquot dies et filtra.

Mel boraxatum.Mel Boracis *Ph. Brit.*

- Rp. Boracis pulv. 5,0.
 Solve in
 Glycerinae 2,5
 Mellis despumati 40,0.
Ph. Brit.

Mel depuratums. despumatum. Mellitum simplex.
Syrupus Mellis.*(Ad usum pharmaceut.)*

- Rp. Mellis optimi P. 500
 [1] Aquae destillatae P. 700
 Aquae Calcariae P. 100.

In lebeate stamneo mixtas et ad ebullitionem usque calefactas, tum in vas figulinum immissas seponere loco frigido per noctem unam. Tum, admixtis

Carbonis ligni grosso modo pulverati et a pulvere subtili liberati P. 10

filtra per laneam manicam. Liquor evaporando calore balnei vaporis ad syrupi spissitudinem reductus coletur et loco subfrigido servetur.

- Rp. Carrageen 5,0
 [2] Aquae destill. 2000,0.
 Usque ad ebullitionem calefactis adde

Mellis crudi 3000,0.

Coque per horae quadrantem, interea spumam ope cochlearis despumatorii separando, tum liquorem calidum sacca vel per sacculum laneum cola et calore modico ad spissitudinem syrupi evapora.

- Rp. Mellis crudi 2000,0
 [3] Aquae destillat. 3000,0.
 Mixta per horam unam calefiant, tum ad 50° C. refrigerata per flannelam (pannum laneum tenuiorem) colata

calore balnei aquae quam celerrime evaporentur, donec pondus specificum liquoris ad 1,333 (calore 15° C.) reductum fuerit. Grammata dena (10,0) additis maxime 0,4 ccm liquoris Kali caustici normalis perfectis neutralisentur. *Ph. Germ.*

Mel foeniculatum.*(Schlesischer Fenchelhonig-Extrakt.)*

- Rp. Mellis despumati spissioris P. 3000
 Infusi fructus Foeniculi filtrati P. 60
 Olei Foeniculi P. 1
 solutam in
 Spiritus V. rectfss. P. 30.
 Mixtae per aliquot horas digerantur.

Mel e Mercuriale.Mellitum mercuriale. Mellitum cum succo Mercurialis. *Miel mercurial.*

- Rp. Succu recentis Mercurialis annuae P. 100.
 Usque ad ebullitionem calefac et cola. Tum, succo depurato additis Mellis crudi P. 100,
 coque inter evaporandum agitandumque ad syrupi spissitudinem et iterum cola.
Ph. Gall. Herb. Mercurialis siccae 125,0, Aq. bullientis 1000,0. Infusum colatum cum Mellis 1000,0 mixtum evaporando ad spissitudinem mellitum redigatur, Pd. spec. 1,270.

Mel e Mercuriale compositum.Syrupus ad longam vitam. Syrupus Sanitatis. *Sirof de Calabre.*

- Rp. Succu recentis Mercurialis annuae P. 100
 Succu rec. Boraginis officinalis
 Succu rec. Anchusae Italicae aa P. 25.
 Usque ad ebullitionem calefac et cola. Tum adde
 Mellis crudi P. 150 et
 infusum paratum e
 Radicis recentis Iridis Germanicae P. 6
 Radicis Gentianae P. 3
 Vini albi P. 40.

Coque inter evaporationem ad syrupi spissitudinem densioris et cola.

Colaturam commisce cum
Spiritus V. rectfss. P. 15.

Mel Rosarum.

Mel rosatum. Mellitum Rosarum.
Rhodomel.

Rp. Florum Rosae incarnatae P. 1.
Affunde

Aquae fervidae P. 6.

Seponere per horas duodecim, tum exprimendo cola. Liquorem leni calore evaporando ad spissitudinem mellaginis tenuioris redactum et refrigeratum commisce cum

Spiritus V. rectfss.

volumine aequali, dein seponendo filtrandoque fac ut depuretur. Liquorem limpidum commisce cum

Mellis depurati P. 12

et calore balnei vaporis ad spissitudinem syrupi redactum cola. Sit mel limpidum fuscum.

Ph. Gall. Petal. Rosae rubrae siccatorum et pulv. 1000,0. Modo deturbatorio affundendo Spiritum (90 %) extrahentur. Spiritu destillando ex parte detracto, liquor cum Mellis 6000,0 commisceatur et mixtura ebulliendo despumandoque ad spissitudinem syrupi redacta filtratur.

Usus: Ad penicillandum os, in colutorii, gargarismate (angina, aphthae, stomacace).

Mel rosatum cum Borace.

Mel Boracis s. boracinum. Collutorium cum Borace. Linctus ad aphthas s. boraxatus. *Schwämmchensaft.*

Rp. Boracis pulv. P. 1.

Solve in

Mellis rosati P. 9.

Ph. Gall. Boracis pulv. 5,0, Mellis rosati 20,0.

Remedium optimum contra aphthas, quo os et partes interiores oris laceratis atque papillas matris oblinuntur.

Mel scilliticum.

Mellitum Scillae.

Rp. Extracti Scillae P. 1.

Solve in

Mellis depurati P. 30.

(Diureticum, expectorans)

Mel tannatum.

Loco Mellis rosati.

Rp. Mellis depurati P. 20
Tincturae tannicae P. 1.

M.

Mentholum.

Menthakampfer. Menthol.

$C_{10}H_{19}(OH)-C^{20}H^{10}O, HO=156.$

Hoc stearoptenum olei Menthae piperitae aetheri compensatur oleo Menthae piperitae Japonico et Chinensi, calore 43° C. liquescente et calore 212° fervescente, solubili in aethere et spiritu. *Usus:* Localiter adhibitum anaesthesiae et analgesiae efficiens. Dosis parva pulsationem cordis excitat, dosim magnam apoplepsim et mors sequitur. In via urinaria (acidum mentholglycuronicum) secernitur. *Dosis:* 0,2—0,5—1,0 quater quinquesve per diem. *Dosis maxima:* 1,5, pro die 9,0!!

Mentholum chloralatum.

Oleum antineuralgicum leniens.

Chloralmenthol.

Rp. Chlorali hydrati

[1] Mentholi aa P.

Contrita et ad 35° C. calefacta in liquorem spissorem transeunt, qui in lagenis clausis, a luce remotis serventur. Mentholum hoc liquore compensatur. *Usus:* Contra dolorem faciei, prosopalgiam, hemierianiam (*Migräne*) et dolores alios capitis. Mentholo praefereendum. In mercatura manuali loco hujus liquoris detur:

Mentholum chloralatum dilutum.

Mentholum chloralatum venale.

Rp. Mentholi chloralati 65,0

[2] Chloroformii 30,0

Spiritus Vini absoluti 5,0.

Misce et serva, ut antea notatum est.

Mentholum jodolatum.

Stilus antineuralgicus.

Rp. Mentholi 8,0

Jodoli 2,0

Camphorae 0,5.

Conterendo commixta leniore calore liquefac et in stilum 1,5 centim. crasum transforma. Pars neuralgica stylo pluries per diem fricanda est.

Mercuri-Ammonium chloratum.

Ammonium hydrargyrico-chloridatum.
Sal Alembrothi. Alembrothsalz.

Rp. Ammonii chlorati sublimati
[¹] 100,0

Hydrargyri bichlorati corrosivi 253,0

Aquae destill. 1000,0.

In vas vitreum immissa calefac, donec solutio effecta fuerit. Tum liquorem sepone loco calido, ut inter lentem evaporationem et interdum agitando sal in crystallula transeat et ab aqua liberetur. Formula salis est $\text{HgCl}_2 + \text{NH}_4\text{Cl} + \text{H}_2\text{O}$.

(Ex tempore parat.)

Rp. Ammonii chlorati 30,0

[²] Hydrarg. bichlorati 76,0.

Terendo mixta et in pulverem subtilem redacta consperge

Aquae destill. 30,0.

Denuo contere, tum massam loco calido sepone, ut siccetur. Grammata 14,5 continent 10,0 Hydrargyri bichlorati.

Cave ne vapores calidos salis huius humidi per nares haurias!

(Sublimat-Verbandstoffe.) Zum Verbande nötige Stoffe, wie Gaze, Watte, Musselin, werden mit einer Lösung aus 1 Th. Alembrothsalz in 200 Th. 45proc. Weingeist getränkt.

Mercurius animalisatus.

Mercurius albuminatus. Hydrargyrum bichloratum albuminatum.

Rp. Albuminis Ovi 10,0

Aquae destill. 40,0.

Mixtis instilla liquorem paratum ex

Hydrargyri bichlorati 4,0

et Aquae destill. 60,0.

Praecipitatum inde exortum collige, aqua ablue et leni calore (30–40° C.) sicca.

Mercurius gummosus

(Plenkii).

Mucilago Hydrargyri.

Rp. Hydrargyri depurati P. 1

Gummi Arabici P. 2

Syrupi Papaveris P. 4.

Terendo misceantur, donec globuli Hydrargyri plane evanuerint. Paretur, quoties usus poscit. Dosis: 1,0–2,0.

Metallica.**Amalgama zincicum**

ad rotam electricam.

Rp. Rament. tenuior. Zinci P. 1
Petrolei Americani rectificati P. 2.

In mortarium porcellaneum immissis adde

Hydrargyri depurati P. 2.

Assidue conterantur, donec ramenta zincica Hydrargyro soluta et massa pultiformis effecta fuerint. Tum massa inter lintea posita exprimendo a Petroleo et Hydrargyro superfluo liberetur et per aliquot dies seponatur, ut durescat. Ad usum massa in pulverem redacta cum adipe suillo misceatur.

Amalgamatio Ferri.

Ferrum Acido hydrochlorico diluto fricatum et purgatum liquori parato e Cupri sulfurici cryst. P. 10

Acidi hydrochlorici (25%) P. 2

Aquae communis P. 350

immersum per horas quindecim seponatur. Tum ferrum penicillo paulum rigido extersum et aqua ablutum denuo immergatur in liquorem solvendo paratum ex

Hydrargyri bichlorati P. 10

Acidi hydrochlorici P. 2

Aquae communis P. 350,

postremum ferrum Hydrargyro obductum e liquore eximatur.

Calamus scriptorius

metallicus.

Metallschreibstift.

Rp. Plumbi P. 75

Bismuthi P. 30.

Colliquatis admisce

Hydrargyri P. 8–10.

Ferrumina metallica.*Lote. Lothe.*Ferrumen durum. *Schlaglot.**Schnelllot.*Rp. Orichalci (*Messing*) P. 2[¹] Zinci P. 1.

Fusione misce.

Rp. Orichalci P. 5

[²] Stanni P. 1.

M. confundendo.

Rp. Orichalci P. 1000

[³] Zinci P. 333

Stanni P. 125.

M.

Rp. Orichalci P. 82

[⁴] Zinci P. 19.

M.

Ferrumen stannicum. *Schnelllot.*
Soudure fondante.

Rp. Stanni et Plumbi aa P.

[⁵] M.

Rp. Plumbi P. 2

[⁶] Stanni P. 1.

M. Hoc ferrumen laudatur.

Ferrumen organopoeorum.

Lot für Orgelbauer.

Rp. Plumbi P. 1

[⁷] Stanni P. 1

Bismuthi P. 2.

M. confundendo.

Ferrumen argenteum.

Rp. Orichalci P. 6

[⁸] Argenti P. 5

Zinci P. 2.

M.

Ferrumen opificum organorum.

Rp. Argenti puri P. 9

[⁹] Zinci P. 35

Orichalci P. 157.

M.

Ferrumen aluminicum durum.

Rp. Zinci P. 80

[¹⁰] Aluminii P. 20.

M.

Rp. Zinci P. 85

[¹¹] Aluminii P. 15.

M.

Ferrumen aluminicum molle.

Rp. Zinci P. 94

[¹²] Aluminii P. 6.

M.

Rp. Zinci P. 92

[¹³] Aluminii P. 8.

M.

Primo Aluminium comminutum in crucibulum injiciatur, dein, sebi ovilli paulo addito, adde Zincum.

Ferrumen pulvereum

Lictari.

Rp. Pulveris grossi Ferri vel Chalybis 1000,0

Boracis usti 500,0

Balsami Copaivae 50,0

Ammonii muriatici 75,0.

Bene commixta igniantur et in pulverem redigantur.

Usus: Ad ferrum cum ferro conferminandum.**Explementum metallicum.**

Rp. Antimonii metallici P. 2

Plumbi P. 9

Bismuthi P. 1.

Fusione misce. Haec mixtura fusa inter refrigerationem sese extendit.

Liquor acidus ferrum fuscans.Liquor infectorius ad cannas scope-torum. *Brüherflüssigkeit oder Beize für Gewehrläufe.*

Rp. Acidi nitrici

[¹] Tincturae Ferri muriat.

Cupri sulfurici cryst. pulv.

aa P. 25

Liquoris Stibii chlorati P. 10

Aqua destill. P. 50.

Misce, sepone, agita.

Rp. Ferri sesquichlorati crystall.

[²] P. 20

(vel Ferri sesquichl. soluti, pd. spec. 1,280, P. 43)

Liquoris Stibii chlorati P. 20

Acidi gallici P. 10

Aqua destill. P. 40.

Misce exacte. Indumentum hac mixtura ope spongiae effectum in aëre, calore non adhibito, siccetur, quod indumentum repetatur. Dein locus siccus Vernice Lini defricetur.

Rp. Ferri sulfurici cryst. P. 10

[³] Cupri sulfurici cryst. P. 1.

Solvantur in

Aquae destill. P. 100.

Tum adde

Spiritus nitrico-aetherei P. 2.

Liquor ad ferrum et chalybem aere inducendum.

(*Englisches Bronzirsalz.*)

Rp. Liquoris Stibii chlorati P. 10

[⁴] Olei Olivarum P. 1.

M.

Usus: Miscela ferrum tepefactum tenuiter et aequabiliter illinatur et per aliquot dies aëri exponatur. Ferrum tum accurate ablutum et siccatum aut chalybe politorio (*Polirstahl*) tractandum, aut cera fricandum, aut vernice spirituosa e Sanguine Draconis et Lacca in tabulis obducendum est.

Rp. Acidi nitrici crudi

[⁵] Spiritus nitrico-aetherei aa
P. 5

Tartari depurati P. 10

Cupri sulfurici crystall. pulv.
P. 15

Aquae P. 300

Tincturae Ferri acetici P. 10.

Misceantur et digerantur.

Usus: Ferrum calcaria usta optime fricatum et mundatum hoc fluido illinatur et, indumento in aëre siccato, ope scoparum ferrearum fricetur. Inductio fluidi et frictio saepius repetendae sunt. Postremo ferrum aqua abluatur et siccatum ope chalybis politorii glabretur.

Rp. Acidi nitrici crudi 50,0

[⁶] Liquoris Ferri sesquichlorati
20,0

Liquoris Stibii chlorati 10,0.

Mixtis adde

Spiritus V. rectfss. 40,0,

deinde

Cupri sulfurici 50,0

soluta in

Hager.

Aquae communis 100,0.

Agita, sepone, decantha.

Usus: sub. IV.

Liquor ad Cuprum caeruleo temperandum.

Kupferbläue.

Rp. Salis Schlippii P. 1.

Solve in

Aquae destillatae P. 15.

Usus: Cuprum politum liquori a ebullitionem usque calefacto eo modo per aliquot temporis momenta immergatur, ut suspensum sit et parietem ollae porcellanae non contingat. Dein cuprum aqua abluatur et linteo tener defricetur.

Methodus Zincum fuscandi.

Zincum bene purgatum liquore parato e

Vitrioli ferrici et

Vitrioli cuprici aa P. 10

Aquae P. 200

abluatur, tum liquore parato ex

Aeruginis P. 5 et

Aceti P. 15

infricetur. Deinde metallum siccatum Capite mortuum (*Colcothare*) fricando poliat.

Liquor insculptorius ad cuprum.

Aetzflüssigkeit für Kupfer.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati

(pd. spec. 1,480) P. 10

Aquae destill. P. 2

Natrii chlorati P. 3.

M. et solve.

Liquor insculptorius ad ferrum et chalybem.

Flüssigkeit, in Stahl und Eisen Figuren oder Buchstaben einzuätzen.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi P. 25

[¹] Acidi tartarici P. 2.

Solve in

Aquae destill. P. 650

Acidi nitrici P. 2.

Rp. Tincturae Jodi P. 10

[²] Kalii jodati P. 1
Aquae destill. P. 5.
M. et solve.

**Massa ad ferrum in
chalybem convertendum**

Legripitii.

Rp. Kalii ferro-cyanati

[¹] Kali carbonici puri aa P. 10.
Misce et in pulverem redige, qui cum
Saponis viridis P. 20
contritus commisceatur cum
Sebi taurini P. 18
et Paraffinae P. 2

antea liquando mixtis.

Usus: Ferrum subcandefactum in
massam illam ingeratur, tum usque
ad rubedinem obscuram ignitum aqua
frigida temperetur.

Liquor ferrum chalibescens
Hageri.

Rp. Glycerinae 1500,0

[²] Kalii ferro-cyanati 50,0
Kalii sulfurici 100,0
Kalii carbonici
Aquae destill. aa 25,0.

Sales pulverati cum Glycerina com-
misceantur.

Usus: Liquori ad 190—220—260° C.
calefacto ferrum in chalibem conver-
tendum immergatur per minuta quin-
que ad decem. Deinde ferrum igne
libero ignitum in aquam ingeratur.

**Massa ad nummi
imaginem exprimendam.**

Masse zum Abformen.

Rp. Sulfuris P. 10.

Liquatis immisce
Terrae infusoriae P. 9
Graphitae praeparati P. 1
antea mixtas.

**Metalla composita
fusibilia.**

Alligationes metallicae.

*Leichtschmelzbare Legirungen.
Newton's Metall.*

Rp. Bismuthi P. 8

[¹] Plumbi P. 5

Stanni P. 3.

Colliquando misce. Mixtura lique-
scit calore 95° Cels. therm.

Rose's Metall.

Rp. Bismuthi P. 2

[²] Plumbi
Stanni aa P. 1.

Misce colliquando. Mixtura liquescit
calore 94° Celsiani thermometri.

Wood's Metall.

Rp. Bismuthi puri P. 15

[³] Plumbi P. 8
Stanni P. 4
Cadmii P. 3.

Colliquando misce. Mixtura molle-
scit calore 60° Cels. therm., eadem li-
quescit calore 68° Cels. therm. Haec
alligatio splendoris colorisque argentei
ad ferruminandum in aqua, cui paul-
lum Acidi hydrochlorici additum est,
adhibetur.

Si hanc alligationem in modum fu-
sibiliorem transducere vis, minorem
quantitatem Hydrargyri admisce.

[⁴] Alligatio, *Clichirmasse*,
ad imprimendum in figuras in ligno
scalptas vel bracteas stereotypicas,
ut simulacra efficiantur, componitur e
Bismuthi 5, Stanni 3 et Plumbi 3. Ca-
lore 92° C. liquescit.

Inargentatio.

Liquores electrolytici.

Rp. Argenti cyanati P. 1

[¹] Kalii cyanati P. 2—4
Aquae destill. P. 30—60.

Conquassando solve et, si opus est,
filtra.

Rp. Argenti nitrici cryst. P. 3.

[²] Solve in
Aquae dest. P. 100 vel q. s.
Solutis adde
Kalii cyanati soluti eam quan-
titaatem,

ut praecipitatum primum exortum in-
ter agitationem resolvatur.

Usus: Ad inargentationes auri, pla-
tini, cupri, orichalci, aeris campani
(*Bronze*), atque ferri et chalybis, quae
antea cupro obducenda sunt.

Methodus metalla via humida atque modo facili argento obducendi.

Ratio inargentationis illi inaurationis similis est, eo tamen discrimine, ut massae auratae loco massam argentatam adhibeas hanc:

Massa argentata.

Rp. Argenti nitrici fusi P. 10.

[³] Solve in

Aquae destill. P. 50.

Tum admisce

Kalii cyanati P. 25

antea solutas in

Aquae destill. P. 50.

Miscelam optime conquassatam et per horae quadrantem sepositam filtra. Ad usum hujus liquoris tantum pulveri composito e

Cretae laevigatae P. 100

Tartari dep. subt. pulv. P. 10

Hydrargyri vivi P. 1

admisce, ut puls semifluida fiat et haec ad illinendum apta sit.

Aequali modo adhibeatur miscela haec:

Rp. Kalii cyanati P. 12

[⁴] Argenti nitrici P. 6

Calcariae carbonic. P. 30.

Rp. Argenti nitrici fusi P. 1

[⁵] Kalii cyanati P. 3.

Conterendo in mortario porcellaneo laevigatis admisce

Aquae destill. q. s.,

ut fiat puls.

Usus: Haec puls cupro vel orichaleo optime depurato ope telae laeae infricetur.

Rp. Argenti chlorati q. v.

[⁶] Solve in solutione aquosa

Natri subsulfurosi.

Usus: Hic liquor cum Conchis praeparatis commixtus cupro infricetur.

Rp. Argenti chlorati sicci P. 5

[⁷] Liq. Ammonii caustici P. 35.

Misce agitando per horae quadrantem, tum adde solutionem calefactam e

Natri carbonici cryst.,

Kalii cyanati \widehat{a} P. 20

Natrii chlorati P. 10

Aquae destill. P. 500.

Dein coque per horae quadrantem et liquorem refrigeratum filtra.

Usus: Res cupreae optime ope Spiritus vini et Cretae fricando mundatae in liquorem filtratum ebullientem immergantur, dum duobus bacillis zincicis (cf. Notanda p. 487) continguntur.

Argentine-Water.

Rp. Argenti nitrici P. 11

[⁸] Kalii cyanati P. 60.

Solve in

Aquae destill. P. 750,

tum admisce

Cretae laevigatae P. 13.

Serva in lagenis denigratis.

Liquori agitato et Aquae destillatae volumine duplo diluto res metallica immergatur, tum aqua abluta ope cretae laevigatae poliatur.

Liquor argentorius Kuhrii.

Rp. Argenti nitrici P. 10.

[⁹] Solutis in

Aquae dest. frigidae P. 200

adde

Ammonii chlorati P. 5

Natri hyposulfurosi P. 20,

postremum

Cretae laevigatae P. 20.

Liquor agitatus rebus metallicis infricetur. Liquor saepius recens paratur.

Methodus vitrum inargentandi.

Rp. Argenti nitrici 10,0.

[¹⁰] Solve in

Aquae 30,0

Liquoris Ammonii caustici

10,0

Spiritus V. rectfss. 30,0.

Sepone per 3—4 horas. Tum filtra per lanam vitream et adde

Sacchari uvarii 2,5

antea in

Aquae destillatae

Spiritus V. rectfss. \widehat{a} 2,5

soluta.

Usus: Superficies vitri mundati inargentandi hac solutione obiecta sensim ad gradus 71 Celsiusi thermometri calefiat et eidem calori tamdiu exponatur, donec praecipitatio argenti perfecta sit. Superficies inargentata et siccata vernice Mastiches obducatur.

Rp. Argenti nitrici *P.* 155.

[¹¹] Solve in
Aquae destill. *P.* 770,
tum adde

Liq. Ammonii caustici *P.* 100.

Optime conquassatis adde liquorem
solvendo paratum ex

Acidi tartarici *P.* 17

Aquae destill. *P.* 70.

Mixtionem iterato conquassatam dilue

Aquae destill. *P.* 4460.

Tum sepone per horam unam et decan-
tha. Liquori limpido admisce

Aquae destill. *P.* 1760.

Usus: Hunc liquorem vitro optime
mundato superfunde et sensim usque
ad 60° Cels. calefac, ut strages argen-
teae in vitrum praecipitentur.

Rp. Argenti nitrici *P.* 10.

[¹²] Solutas in
Aquae destill. *P.* 80
instilla in liquorem ad ebullitionem
usque calefactum, paratum solvendo e

Natro-Kali tartarici *P.* 8

et Aquae destill. *P.* 4000.

Post partem sextam horae filtra-
Signa: Liquor reductorius.

Dein

rp. Argenti nitrici *P.* 10.

Solutis in

Aquae destill. *P.* 80

sensim instilla inter agitationem

Liquorem Ammonii caustici,
quamdiu praecipitatum exortum resol-
vitur, cave autem, ne Ammonium super-
abundet. Tum admisce

Aquae destill. *P.* 1000.

Signa: Liquor argentatorius.

Usus: Aequalibus voluminibus li-
quoris reductorii et liquoris argenta-
torii recens mixtis vas mundatum vi-
treum (globum, vitreum concaevum etc.)
statim expleatur et per aliquod tempus
seponatur. Indumentum argenteum
siccatum vernice obducatur.

Inauratio.

Liquores electrolytici.

Rp. Auri cyanati *P.* 1

[¹] Kali cyanati *P.* 3—6

Aquae dest. *P.* 50—150.

Rp. Auri trichlorati *P.* 1.

[²] Solve in
Aquae destill. *P.* 50.

Tum instilla tantum solutionis pa-
ratae e

Natri carbonici cryst. *P.* 4 et

Aquae destill. *P.* 12,

quantum requiritur ad perfectam neu-
tralisationem acidi auro adhaerentis.
Dein affunde liquorem fervidum, para-
tum e

Kalii ferro-cyanati *P.* 10

Aquae destill. *P.* 50—60

et usque ad ebullitionem calefac, dum
alteram partem solutionis Natri car-
bonici paulatim instillas. Liquidum
sepone per aliquot horas, tum decan-
thando filtrandoque depura.

Rp. Auri trichlorati *P.* 11.

[³] Solve in
Aquae destill. *P.* 100.

Solutis instilla tamdiu

Liquorem Ammonii caustici
dilutum,

quamdiu praecipitatum inde exoritur,
ita tamen, ut Ammonium non praeva-
leat. (Praecipitatum est Aurum ful-
minans, quod ob suam inclinationem
ad detonationes caveas). Praecipitatum
adhuc humidumingere in solutionem
fervidam, paratam e

Kalii cyanati puri *P.* 6—8 et

Aquae destill. *P.* 500—800.

Methodus metalla via humida et
[⁴] modo facili auro obducendi.

Res metallicae l. a. zincu obductae
ope penicilli massa aurata infra com-
memorata illinantur. Massa inducta
siccata ope scoparum setacearum de-
fricetur.

Massa aurata.

Rp. Auri trichlorati *P.* 36.

[⁵] Solve in

Aquae destill. *P.* 36.

Liquorem commisce cum solutione
parata e

Kalii cyanati *P.* 60 et

Aquae destill. *P.* 80.

Miscelam optime conquassatam re-
pone per horae quadrantem et filtra.

Ad usum hujus liquoris eam quantitatem pulveri composito e

Cretae laevigatae siccatae
P. 100 et

Tartari depurati pulv. P. 5
admisce, ut puls semifluida fiat et haec ad illinendum apta sit.

Rp. Auri trichlorati P. 2

[6] Aquae destill. P. 4.
Solve et commisce cum liquore parato e

Kalii cyanati

Natrii chlorati aa P. 6

Natri carbonici cryst. P. 4

Aquae destill. P. 240—250.

Tum seponere et saepius agita, donec liquor sit decolor.

Usus: Res metallica auro obducenda, optime ope Spiritus vini et Cretae fricando mundatae, in liquorem limpium bullientem immergantur, dum duobus bacillis zincicis continguntur. Cf. Notanda de methodo artis galvanometallicae etc. pag. 487.

Rp. Auri trichlorati P. 9.

[7] Solve in

Aquae dest. P. 1000—2000.

Tum adde

Kali bicarbonici cryst. P. 360.

Coque tum per horas duas. (Effectum est Kalium chloratum, Kali cum Auro oxydato et oxydulato.)

Usus: In liquorem hunc bullientem res cupreae immergantur, res argenteae autem inter immergendum filo cupreo contingendae sunt. Simulatque filum cupreum strage cuprea nigra obtectum est, id exime, coquere autem perge, donec res argentea colorem saturate flavum induerit. Tum res aqua ablatur et scopa metallica tractetur. Liquorem seponendo et decanthando depuratum iterum ad ebullitionem calefac et in eum rem denuo immerge, inter movendum filum cupreum in liquore, rem non contingens. Hanc operationem iterare et, si vis, rem auro obductam tandem fortiter incalfacere potes.

Incupratio.

Liquor electrolyticus.

Rp. Cupri oxydati triti P. 1.

[1] Affunde

Liquoris Kali cyanati concentratioris P. 10—20.

Digere calore 87° Cels. therm. non excedente per horam unam. Liquor tum diluatur

Aquae destill. P. 20—40 et filtretur.

Methodus res ferreas (uti clavos, epitonia, cochlearia) cupro obducendi.

Rp. Stanni chlorati P. 4

[2] Zinci sulfurici cryst. P. 7

Cupri sulfurici cryst. P. 6.

Ingere in

Aquae pluvialis P. 2000

antea commixtas cum

Acidi sulfurici conc. P. 10,

et agita.

Usus: In hoc fluidum ingere clavorum ferreorum ponderis partes 1700—1800 et per horam dimidiam et diutius agita, tum clavos exime, aqua ablue et conquassando cum serragine e ligno siccata siccata. Clavi ante incuprationem sunt aqua saponata lavandi et conquassando cum serragine siccandi.

Mixtura ad Zincum cupro obducendum.

Rp. Cupri sulfurici P. 15.

[3] Solve in

Aquae destill. P. 75.

Liquorem commisce cum

Kalii cyanati P. 19

antea solutas in

Aquae destill. P. 80.

Mixturae admisce

Argillae albae laevigatae

P. 160,

ut fiat massa syrupi consistentiae, quae rebus zincicis infricetur. Massa semper recens adhibeatur.

Implatinatio.

Liquor electrolyticus.

Rp. Platino-Ammonii bichlorati

[1] (Salis ammoniaci platinici,
(NH₄)₂PtCl₆) P. 10.

Solve coquendo in

Aquae destill. P. 1000.

Solutis adde instillando
Liquoris Animonii caustici
P. 8

vel q. s., ut accurate neutralisentur.

Usus: Liquor ad implationem cupri et orichalci adhibeatur.

Rp. Salis ammoniaci platinici P. 1
[²] Ammonii muriatici P. 8
Aqua destill. P. 40.

In ollam porcellaneam immissis et ad ebullitionem calefactis immerge res cupreas vel orichalceas, optime mundatas. Indumentum postea Cretae laevigatae ope fricandum est.

Instannatio.

Rp. Liquoris Kali caust. concent.
[¹] P. 10
Aqua destill. P. 20—30.

Mixtis et calefactis paulatimingere Stanni oxydati,
quantum digerendo inter agitationem solvitur.

Usus: Hunc liquorem in patinam figulinam aut porcellaneam ingere, tum immitte ramenta stanni; supra ramenta colloca res cupreas stanno obducendas, et calefac. Vasa intus instannanda bene mundata liquore Kali stannici impleantur et, ramentis stanneis ingestis, calefiant.

Nota. Ad instannandum ferrum ille liquor loco liquoris electrolytici et fluidum galvanico-electricum possunt adhiberi.

Liquor stannatus.

Rp. Stanni chlorati P. 4
[²] Ammonii muriatici P. 1
Salis culinaris P. 4.

Mixtis affunde
Acidi hydrochlorici P. 16
Acidi nitrici P. 8

et sapius agita.

Usus: In hunc liquorem stannatum aqua plus minusve dilutum metallum optime mundatum, stanno obducendum, immerge et per sufficiens tempus sepone, donec stannatio effecta sit.

Nota. Si vero ferrum et cuprum eodem modo tractas, metallum cum filo e zincu conjunge.

Instannatio vasorum cupreorum.
[³] In vas cupreum optime mundatum calefactumingere stannum liquatum et pulveris parati ex

Ammonii muriatici
Colophonii aa P.

parvam quantitatem. Tum ope plicae turgidae e stupa stannum supra superficiem cupri calefacti optime extende. Stannum superfluum effunde.

Inzincatio.

Liquor electrolyticus.

Rp. Solutionis Kalii cyanati q. v.
[¹] Calefactae immitte
Zinci carbonici recens praecipitati

quantum solvitur. Tum aqua dilue.

Rp. Zinci chlorati P. 1.

[²] Solve in
Aqua destill. P. 20—80.

Usus: Liquorem immitte in vas figulinum, tum adde quantitatem zinci granulati, supra zincum granulatum colloca res cupreas et orichalceas zincu obducendas, postremo usque ad ebullitionem calefac.

Methodus

Ferro nitorem e caeruleo chalybeum inducendi.

Eisen stahlblau unlaufen lassen.

Ferrum defricando mundatum in Acetum immerge, tum desiccatum et ope lintei Acido muriatico parce humectati detersum denuo sicca, postremo insertum in arenam siccata calidam, calorem sensim augendo, tamdiu calefac, donec e caeruleo chalybeum colorem satis induerit.

Methodus nummos

memoriales cupreos aere inducendi.

Bronzierung der Medaillen.

Rp. Aeruginis pulv. P. 2
Ammonii muriatici P. 1
Aceti crudi P. 50.

Coquendo solve et filtra. Dein adde
Aqua destill. P. 50.

Liquore usque ad ebullitionem calefacto superfunde nummos cupreos mundatos et in vas cupreum immissos.

Tum ebullitio liquoris continuetur, donec nummi aere inducti fuerint.

Methodus res argenteas mundandi.

Rp. Tartari depurati

Salis culinaris

Aluminis crudi \widehat{aa} 20,0.

Solve in

Aquae 1000,0.

In liquorem ebullientem res argenteae merguntur.

Notanda

de institutione apparatus ad galvanometallica indumenta.

Bemerkungen über die Einrichtung des Apparates, um galvanische Metallüberzüge zu bewerkstelligen.

I.

Rem, quae pellicula metallica obducenda est et dicitur Kathodus vel Electrodus negativa, colloca in vase vitreo aut porcellaneo. Hoc vas contineat Liquorem electrolyticum vel Electrolytum (fluidum). Res dein conjungitur cum polo zinci apparatus Galvaniani. Tum recipitur lamina e metallo eodem confecta, quod liquor electrolyticus solutum continet. Haec lamina, quae dicitur Anodus vel Electrodus positiva, conjungitur cum polo platini ejusdem apparatus Galvaniani, et collocatur in illo vase, ita ut rei obducendae (electrodo negativae) ex adverso posita sit.

II.

Requiruntur haec:

- Superficies metalli kathodi sit purissima, praecipue a pingui liberata.
- Effectus fluidi electrici sit lentus et debilis.
- Liquores electrolytici sint satis diluti et quam maxime neutrales.

Notanda

de methodo artis galvanometallicae sine apparatu Galvaniano.

Res, quae pellicula metallica obducenda est, in liquorem electrolyticum immergitur et ope bacillorum nitidorum duorum e zinci confectorum partibus duabus oppositis contingitur. Processu metallico finito, metallum

pretiosum in zincum praecipitatum lege artis chemicae colligas.

Notanda

de methodo indumenta aurea aut argentea, processu galvanico orta, auferendi.

Res, cui indumentum aureum demere vis, immersa liquori auri (electrolytico, partim usu ab auro liberato), conjungatur cum polo platini. Tum polo zinci lamina aurea alligetur, quae liquori auri (electrolytico) eidem immergatur. Dein liquor auri lenissimo calore calefiat. Aurum, quod solvitur, ad polum zinci transit et ad laminam auream adhaerescit.

Simili modo ope metallorum propriorum res argentatae et platinatae ab argento et platino liberantur.

Pulvis adamantinus.

Diamantpulver.

Rp. Lapidis Smiridis subtiliter pulv. 4

Colcotharis praep. P. 1.

Misce. Ad cultrum tonsorium acutum adhibetur.

Pulvis ferruminatorius

Erneri.

Erner'sches Schweisspulver.

Rp. Boracis P. 25

Ammonii muriatici

Kalii ferro-cyanati flavi

\widehat{aa} P. 3.

Solve in

Aquae destill. calid. P. 30.

Liquorem in patinam porcellaneam immisum evaporando inter agitationem modico calore ad perfectam usque siccitatem redige. (Massa fortiore calore detonat.)

Pulvis ad orichalcum nigrificandum.

Nigredo ad orichalcum. *Schwärze für Messing.*

Rp. Stanni bichlorati q. s.

Ingere inter agitationem in

Ammonium causticum solut.,

quod Aquae destillatae triplo volumine dilutum est. Praecipitatum inde ex-

ortum collige in filtro, aqua ablue et expressum solve, calore non adhibito, in Acidi nitrici concentratissimi

q. s.,
Acidum inter agitandum guttatim affundendo. Tum liquorem leni calore ad siccum fere evapora.

Salis residui P. 1
admisce

Auri chloridati P. 2.

Usus: Miscela haec additae aquae paulo soluta orichalco polito infricetur. Partibus sexagesimis horae decem praeterlapsis texti leviter aqua humectati ope orichaleum defricetur.

Pulvis politorius

ad instrumenta chalybea.

Polierpulver für stählerne Werkzeuge.

Rp. Magnesiae ustae

[¹] — subcarbonicae

Ferri oxydati fusci laevigati
aa P.

Mixtae leniter urantur.

Rp. Ferri oxalici eloti q. v.

[²] In crucibulo aperto leniter uratur.

Purgator orichalei.

Messingputzer.

Rp. Olei Terebinthinae 25,0

Acidi oleici 5,0

Liquoris Ammonii caustici 2,5

Spiritus Vini absoluti 5,0

Colcotharis vitrioli 10,0.

Exacte misc. Res orichalcea ope panni hoc liquore agitato oblinatur et seponatur, ut sicca fiat. Tum orichalcum paulo cretae conspersum defricetur.

Sapo ad Argentum mundandum.

Silber-eife.

Rp. Saponis domestici P. 10.

Solve in

Aquae fervidae P. 200.

Liquori adhuc fervido colato admisce

Argillae laevigatae P. 30

cum aqua contritas. Sedimentum aqua ablutum et expressum in modulos imprime et sicca.

Finis partis de metallicis.

Methodus lavatoria

Americana.

Rp. Saponis raspati P. 1000.

Solve in

Aquae pluvialis P. 50000.

Dein admisce mixturam bene agitatum, paratam ex

Olei Lavandulae P. 15

Olei Terebinth. Gall. P. 30

Ammonii caustici soluti P. 20.

Mixtione peracta, immitte in liquorem lintea, quae macerata post horas duas eximantur, fricentur et contortione non adhibita exprimantur. Quo facto lintea immittantur in aquam pluvialem fere fervidam et digesta post horas duas eximantur et denuo fricentur, dein aqua frigida bene eluantur, siccantur etc.

Methodus

textum laneum contra humores muniendi.

Methodus textum laneum densandi, ut non in se recipiat nec combibat aquam.

I. Textum laneum primum per solutionem aquosam aluminis crudi perducatur et siccetur, deinde solutioni saponis immergatur.

II. Textum solutioni aquosae Aluminis acetici vel invicem liquoribus Aluminae sulfuricae et Plumbi acetici immergatur, tum in aëre siccetur.

Methodus

textum linteam et gossypinum contra humores muniendi.

Methodus textum linteam et gossypinum densandi, ut non in se recipiant nec combibant aquam.

Rp. Mucilaginis Gummi Arabici tenuioris vel Gelatinae animalis aqua calida solutae P. 1000.

Admisce liquorem solvendo paratum e

Kali bichromici *P.* 20

et Aquae destillatae *P.* 100.

Textum hac mixtura madefactum siccetur, tum radiis solis per dies duos exponatur.

Methodus Kuhrii.

Textum primum per solutionem aquosam tenuiorem Aluminae sulfuricae perducatur et siccetur, deinde solutioni saponis immergatur, postremum aqua abluatur. Solutio Aluminae sulfuricae paretur e parte una sulfatis et partibus quindecim aquae.

Methodus

resinas decolorandi.

(Ad parationem laccarum et vernicium albarum.)

Rp. Resinae cujusvis crudae *P.* 5
Aquae ferventis *P.* 25—30.

Ebullientibus adde paulatim solutionem e

Natri carbonici cryst. *P.* 1

Liq. Natri caust. *P.* 2—3

paratam, aut eam quantitatem hujus liquoris, ut resina solvatur. In liquorem colatum conducatur tamdiu

Acidum sulfurosum gasiforme, donec praecipitatum non amplius demittatur. Hoc praecipitatum aqua edulcoratum loco tepido siccetur.

Methylalum.

Methylal. Methylendimethyläther.

$\text{CH}_2(\text{OCH}_3)_2 - \text{C}^6\text{H}^8\text{O}^4 = 76.$

Rp. Mangani hyperoxydati nativi pulv. *P.* 10

Alcoholis methylici crudi (Spirit. pyrolignos. Methyl-oxydi hydrati) *P.* 11.

In retortam vitream ingestis affunde

Acidi sulfurici conc. *P.* 15

Aquae destillatae *P.* 10

antea commixta. Thermometro imposito et excipulo apposito, ad distillationem calefac, liquorem primum usque ad calorem 60°C . transeuntem colligendo. Huic liquori guttatim sensim admisce

Liquoris Kali caustici q. s. inter agitationem, donec reactio paululum alcalina cognoscitur (vel Methyl-oether formicicus destructus sit). Tum

liquor decanthatus distillationi subi-ciatur et liquor usque ad calorem 45° primum transiens colligatur. Sit liquor limpido, coloris expers, faciliter volatilis, odoris ei chloroformii et aetheris acetici similis, calore 42°C . ebulliens, pond. sp. 0,850—0,856, solubilis in aquae partibus quinque. Serva loco frigido in lagenis dense clausis. Hypnoticum, *Dosis*: 1,0 cum syrupo et aqua ante somnum sumatur. In clysmate 1,0 : 100,0 aq. Injectio hypodermatica antidotum Strychnini.

Methylenum bichloratum.

Methylenum chloratum. *Methylenchlorid. Dichlormethan.*

$\text{CH}_2\text{Cl}_2 - \text{C}^2\text{HCl}_2, \text{HCl} = 85.$

Rp. Methyleni iodati (CH_2J_2) q.v.

Infunde in retortam tubulatam, deinde paulo aquae, ut Methylenum iodatum stratu aquae obtectum sit. Tum in hunc liquorem ad 40°C . calefactum.

Gas Chlori

sensim introducatur, quamdiu Chlorum absorbetur et Methylenum bichloratum in excipulum transit. Liquor in excipulo collectus primum cum solutione Natri carbonici *P.* 1 in aquae *P.* 100 conquassetur, deinde cum Calcio chlorato agitetur. Liquor calore $39-42^\circ \text{C}$. transiens Methylenum bichloratum officinale repraesentat. Serva in vitris parvis (100 cem), repletis loco frigido et a luce remoto. Ut conservetur, 100 partes commisceantur cum parte una spiritus vini absoluti. Pond. spec. 1,348—1,351. Anaestheticum via inhalationis adhibitum.

Jodum in retorta excretum solve in spiritu et reserva.

Mixtura acida.

Mixtura acida mineralis.

Rp. Acidi sulfurici diluti 2,0

Aquae destillatae 100,0

Syrupi Rubi Idaei 20,0.

M.

Mixtura Acidi tartarici.

Mixtura acida vegetabilis.

Rp. Acidi tartarici 1,0

Aquae destillatae 100,0

Syrupi Rubi Idaei 20,0.

M.

Mixtura adstringens

et escharotica.

Eau de Villate.

- Rp. Cupri sulfurici
Zinci sulfurici $\widehat{a}a$ 5,0
Aceti crudi 80,0.
Solutis adde
Aceti plumbici 10,0.
Detur turbida. (Ad usum medicinae
veterinariae.)

Mixtura amara.

- Rp. Extracti Trifolii 5,0
Elaeosacchari Menth. pip. 50
Aquae 250,0.
Solve et misce.

Mixtura Ammoniaci.

Mistura Ammoniaci.

- Rp. Gummi - resinae Ammiacio
pulv. 7,5
Aquae destillatae 250,0.
M. l. a., ut fiat emulsio, per pannum
sindonicum (musselinum) percolando.
(*Ph. Brit.*)
Ph. U. St. Amm. 4, Aq. 100.
Signa: Cochlear repletum pluries per
diem.
Usus: in tussi catarrhali et catarrho
pectoralis chronico.

**Mixtura
ammoniato-citrata.**

- Rp. Succu Citri rec. 25,0
Ammonii carbonici 2,2
Aquae destill. q. s.,
ut 50,0 Grm. expleantur.

**Mixtura Ammonii
muriatici cum Rheo.**Mistura rheo-salina *Ph. mil. Dan.*

- Rp. Ammonii muriatici 7,5
Aquae 225,0
Tincturae Rhei aquosae 25,0.
M. et solve.

**Mixtura Ammonii
muriatici simplex.**Mistura Chloreti ammoniaci *Ph. Fenn.*
Salmiakmixture.

- Rp. Ammonii chlorati 5,0
Extracti Liquirit. 10,0

Aquae destill. 110,0.
Solve et misce. Ex tempore paranda.**Mixtura anaesthetica**

Guëneavii de Mussy.

Mixture de Guëneau de Mussy.

- Rp. Chloroformii 10,0
Tincturae Aconiti 40,0
Aquae Coloniensis 20,0.
M. Ad usum externum.

**Mixtura contra anginam
membranaceam.**

- Rp. Olei Menthae pip. *Gutt.* 2
Tartari stibiati 0,1
Vini Ipecacuanhae 5,0
Mucilaginis Gummi Arab. 10,0
Syrupi Althaeae 25,0
Aquae destillatae 60,0.
M. Quovis horae quadrante cochlear
minus.

Mixtura Anglica.

- Rp. Magnesia sulfuric. 25,0
Acidi sulfurici dil. 3,0
Aquae destill. 100,0
Syrupi simpl. 25,0.
Solve et misce.

Mixtura antemetica

Kroyheri.

Guttae antemeticae. *Tropfen gegen das
Erbrechen der Schwangeren. Gouttes
contre le vomissement des femmes
enceintes.*

- Rp. Aquae Lauro-Cerasi 10,0
Tincturae Strychni 5,0.
M. *Dosis:* mane et vesperi guttae
decem.

Mixtura antepileptica

(Buchholzii).

Remedium antepilepticum. *Epilepsie-
trank.*

- Rp. Radicis Artemisiae recent.
Radicis Paeoniae rec. $\widehat{a}a$ 20,0.
Affunde concisis et contusis
Vini rubri optimi
Spiritus V. rectif.
Aquae Cinnamomi $\widehat{a}a$ 50,0.
Digere per duos dies. In colaturae

expressae et filtratae 160,0 solve leni calore

Sacchari albi 20,0.

Liquori refrigerato admisce

Tincturae Artemisiae 10,0.

D. S. Ter quaterve quotidie cochlear unum.

Nota. Simul dentur Species antepilepticae, quae constant ex

Herbae Artemisiae

Foliorum Aurantii aa 15,0

Foliorum Sennae

Ligni Guajaci aa 5,0.

Mixtura antasthmatica.

Rp. Kalii jodati 10,0

Infusi Polygalae amarae 120,0

Tincturae Lobeliae 25,0

Tincturae Opii benzoicae 30,0

Syrupi Diacodii 50,0.

M. S. Ter quaterve pro die 3,0 vel 4,0 (cochlear minus).

Mixtura antasthmatica chloroformiata.

Rp. Chloroformii *Gutt.* 25,0

Tincturae Opii benzoicae 25,0

Syrupi Aurantii cort. 50,0.

M. Saepius cochlear minus.

Mixtura antepileptica

Brown Séquart.

Rp. Ammonii bromati

Kalii jodati ana 10,0

Kalii bromati 25,0

Natrii bicarbonici 5,0

Tinct. Colombo 63,0

Aquae destill. 200,0.

M. D. S. Post quamque coenam et ante somnum cochlear unum repletum sumatur (contra epilepsiam).

Mixtura antepileptica simplex.

Fallsuchtstrank.

Rp. Boracis 20,0

Kalii bromati 10,0

Glycerinae 25,0

Aetheris 1,0

Olei Menth. pip. 0,15

Tincturae Cinnamomi 5,0

Aquae destill. 350,0.

M. et solve. Liquorem fortiter agitatatum per linteum cola.

S. Quavis hora tertia vel quarta cochlear, infantibus cochlear dimidium.

Stewart Boracem contra epilepsiam diurnam, Kalium bromatum contra epilepsiam nocturnam commendavit.

Mixtura anticholerica

Pilaskii.

Rp. Herbae Menth. pip. 5,0.

Superfunde

Aquae fervidae 120,0.

Colaturae adde

Carbonei sulfurati *Gutt.* 20

Aetheris 5,0

Tincturae Opii crocatae 2,5

Syrupi Sacchari 30,0.

Mixturae agitatae singulis horis 15,0 vel cochlear dentur.

Mixtura antieterica

(Quarini).

Rp. Liquoris Kali acetici 45,0

Extracti Taraxaci 20,0

Extracti Conii 1,0

Aquae Foeniculi 200,0

Syrupi Sennae cum Manna

50,0.

M. Quater pro die cochlearia duo.

Mixtura antigonorrhöica.

Rp. Chloroformii 3,0

[¹] Balsami Copaivae 30,0

Tincturae Ferri acetici 10,0.

Misce. *Signa:* ter quaterve pro die gutt. 40–50.

Mixtura antigonorrhöica

Chapmanii.

Chapman's Mixture.

Rp. Balsami Copaivae

[²] Spiritus Aetheris nitrosi ana

60,0

Tincturae Lavandulae compositae

Tincturae Opii aa 7,5

Mucilaginis Gummi Arabici 25,0

Aquae destillatae 80,0.

Misce l. a., ut emulsio efficiatur.

Mixtura antigonorrhœica
Lafayette.

Mixtura Copaivae composita. *Lafayette*
Mixture.

Rp. Balsami Copaivae 30,0
[³] Liquoris Kali caustici (pd.
sp. 1,063—1,065) 7,5.

Misce inter fortem conquassationem,
tum adde

Spiritus nitrico-aetherei
Tincturae Lavandulae com-
positae aa 30,0
Syrupi Sacchari 80,0
Mucilaginis Dextrinae 60,0

et fortiter conquassa.

Ante emetiendam dosin mixtura
agitanda est.

Mixtura antimalarica

Baccelli.

Baccelli's Malariamixtur.

Rp. Chinini sulfurici 3,0
Kali ferri-tartarici 6,0
Aquae destill. 300,0
Liq. arsenicalis Fowleri 1,0.

Misce. Mixtura per longius tempus
reservanda ne corrumpatur, loco aquae
300,0 adde

Aquae destill. 285,0
Spiritus vini 14,0
Aetheris 2,0.

Us.: Praeservativum et medicina
contra malariam (febrem palustrem).
Dosis: Per diem bis terve cochlear
repletum. Vi praeservativa pro die
cochlear unum plerumque sufficit.

Mixtura antiphlogistica

Graefiana.

Potio antipyretica s. antipneumonica.
Graef's Lungenentzündungstrank.

Rp. Kali nitrici 7,5 (—10,0)
Ammonii chlorati 5,0
Extracti Hyoscyami 1,0
Succi Liquiritiae 6,0
Aquae destill. 200,0.

M. D. S. Primo bihorio cochlear,
die altero trihorio. Venesectio semper

omittatur! Die tertio pilulae anti-
phlogisticae Hageri vel pil. Chinini
dentur.

Usus: contra pneumoniam, inflamma-
tiones organorum pectoralium, enteri-
tidem et alias phlegmasias.

Mixtura antirheumatica

Lebert.

Rp. Kali jodati 5,0
Aquae destill. 200,0.
Tinct. Colchici 15,0.

M. D. S. 15,0 bis terve per diem
(rheuma chronicum).

Mixtura antiscarlatina.

Mixtura Ammonii carbonici. *Bodenius'*
Scharlachfiebertrank

Rp. Ammonii carbonici 5,0
Aquae destill. 200,0
Syrupi Althaeae 50,0.

Solve et misce. S. Singulis horis
cochlear dimidium vel unum (in feбри
scarlatina).

Mixtura Asae foetidae.

Mixtura Asafoetidae *Ph. U. St.*

Rp. Asae foetidae dep. 4,0
Aquae destill. 100,0.

Misce. Fiat emulsio. *Ph. U. St.*

Eodem modo paretur

Mixtura Ammoniaci.

Mixtura Brasiliensis.

Mixtura antigonorrhœica Americana.

Rp. Balsami Copaivae 30,0
Vitelli ovi
Mucilaginis Gummi Arabici
Syrupi Sacchari aa 15,0
Aquae 120,0
Tincturae Croci 4,0.
M. l. a. Quater pro die cochlear.

**Mixtura Camphorae
acida.**

Mixtura antidyenterica. *Hope's*
Mixture.

Rp. Acidi nitrici (pd. sp. 1,185) 5,0
Aquae camphoratae 200,0.
Commixtis adde
Tincturae Opii 2,0.

Mixtura Camphorae aromatica.

Parrish's Camphor Mixture.

Rp. Sacchari albi 20,0.
Solutis in
Aquae camphoratae 150,0
admisce
Tincturae Lavandulae compositae 30,0.

Mixtura Camphorae cum Magnesia.

Rp. Camphorae 1,0
Magnesiae subcarb. 2,5
Aquae destill. 250,0.
M. l. a.

Mixtura camphorata.

Julapium e Camphora.

Rp. Camphorae tritae
Gummi Arabici
Sacchari albi aa 2,0
Spiritus V. rectfss. 6,0.
Terendo exacte misceantur. Tum adde paulatim inter agitationem Aquae destill. 160,0.

Cola. Paretur, quoties poscitur. S. bi- vel trihorio cochlear. (In febris nervosa torpida).

Ph. Fenn. mil. Camph. 1,0, Mucil. G. Arab. 15,0, Syr. Sacch. 15,0, Aquae q. s., ut 300,0 expleantur.

Mixtura camphorata acida.

Rp. Mixturae camphoratae 80,0
Aceti Vini 5,0.
M.

Mixtura cathaeretica.

Mixture cathérétique. Collyre de Lanfranc.

Rp. Aloës
Myrrhae aa 0,5
Aeruginis 1,0
Auripigmenti (Sulfureti arsenicosi) 1,5.
Subtilissime pulveratis et mixtis adde
Aquae Rosae 38,0
Vini albi 100,0

et agita. Externum remedium contra ulcerationes spongiosas et venereas, in ophthalmia purulenta. (*Ph. Gall.*)

Mixtura Chinioidini.

Rp. Tincturae Chinioidini 25,0
Mixturae sulfuric. acid. 1,0
Aquae Menthae pip. 75,0.
M. S. Cochl. dimid. quater p. die.

Mixtura Chloroformii.

Mistura Chloroformii.

Rp. Vitelli ovi rec. 10,0.
In mortario ope pistilli trita commisce cum
Camphorae 2,0
solutis in
Chloroformii 8,0.
Tum conterendo adde
Aquae dest. 80,0,
ut mixtura uniformis efficiatur. *Ph. U. St.*

Mixtura Chloroformii opiata.

Chloroform Anodyne.

Rp. Chloroformii 30,0
Olei Menthae piperitae 0,5.
Mixtis adde
Tincturae Cannabis Indicae
Tincturae Quillajae aa 30,0
Extracti fluidi Belladonnae 4,0
Tinet. Opii desodoratae 40,0
Tincturae Capsici 15,0
Extracti Liquiritiae
Aquae destillatae aa 7,5
Syrupi Sacchari 90,0,
ut fiat liquor aequabilis. Ante usum agitetur.

Mixtura cretacea.

Mistura s. Mixtura Cretae *Ph. Brit.*
Mixtura alba. Lac perlarum. *Chalk mixture.*

Rp. Concharum praeparatarum
Gummi Arabici aa 4,0
Aquae Cinnamomi 120,0
Syrupi Sacchari 10,0.
M. l. a. Paretur recens. *Dosis:*
25,0—50,0 *Ph. Brit.*
Ph. U. St. Pulv. Cretae comp. 20,
Aq. Cinnam. 40, Aq. 40.

**Mixtura
Cupri anticholerica**

Lislei.

Rp. Solutionis Cupri sulfurici 1,5
Tinct. Opii crocat. *Gutt.* 10
Syrupi Sacchari 25,0
Aquae destill. 100,0.

M. In cholera Asiatica quoque quadrante horae, quaque dimidia hora vel singulis horis, pro gravitate morbi, cochlear minus (3,5—4,0).

Solutio Cupri sulfurici paretur e Cupri sulfurici 5,0 et Aquae destill. 100,0.

M. l. a.

Mixtura cuprica

Rademacheri.

Rp. Tincturae Cupri acetici 5,0
Gummi Arabici 30,0
Aquae Cinnamomi
Aquae destillat. aa 175,0.

M. In febribus acutis laudatur.

Mixtura diaphoretica

Brerae.

Rp. Liquoris Ammonii acetici 50,0
Camphorae 0,5, solut. in
Spiritus V. rectifss. 2,0,
Syrupi Sacchari 200,0.

Misce et cola. Singulis horis cochlear.

Mixtura diapoica.

Mixtura diaphoretica. *Schweitzmictur.*

Rp. Liquoris Ammonii acet. 25,0
Aquae Sambuci 100,0
Syrupi Sacchari 25,0.

M. S. Singulis horis vel bihorio cochlear.

Mixtura diuretica

Hildebrandii

(in hydrothorace).

Rp. Spiritus nitrico-aeth. 2,0
Tincturae Colchici sem.
Tincturae Digitalis aa 10,0.

M. Quaque quarta hora guttae 20.

Mixtura expectorans

Stokes.

Stokes' Expectorant.

Rp. Ammonii carbonici 4,0.
Solve in

Aquae destill. 20,0.

Tum admisce

Extracti fluidi Senegae

Extracti fluidi Scillae aa 7,5

Tincturae Opii camphoratae 45,0

Syr. Balsami Tolutani 160,0.

(Tinct. Opii camphorata est synon. Tinct. Opii benzoicae). Pluries per diem cochlear thearium.

Mixtura Ferri aromatica.*Aromatic Mixture of Iron.*

Rp. Corticis Chinae fusci 30,0

Radici Columbo 15,0

Caryophyllorum 7,5

Limaturae Ferri subtilioris 15,0.

Pulveratis contusisque affunde

Aquae Menth. pip. 375,0.

Macera vase clauso per tres dies et interdum agita. Colaturae filtratae adde

Aquae Menth. pip. *q. s.*,

ut pondus liquoris totius exaequet *Gm.* 375,0, quibus admisce

Tincturae aromaticae 85,0

Tincturae Aurantii cort. 13,5.

Serva in lagena obturata. *Dosis:* 25,0 ad 50,0. (*Ph. Brit.*)

Mixtura Ferri composita.

Mixtura tonico-antihectica Griffithii.

Emulsio Myrrhae ferrata. Mixtura

Myrrhae (antiphthisica s. antihectica Griffithii.) *Griffith's Mictur.*

Rp. Myrrhae electae 4,0

Kali carbonici dep. 2,0

Aquae Rosae 285,0

Ferri sulfurici cryst. 1,5

Sacchari albi 4,0

Spiritus Myristicae 15,0.

Misce exacte ex tempore. Ter quaterve pro die cochlearia singula vel bina mixturae agitatae dentur. *Ph. Brit.*

Ph. U. St. Myrrh. 18, Kal. carbon. 8,

Ferr. sulf. 6, Sacch. 18, Spir. Lavand. 50, Aq. Rosar. 900.

Mixtura Ferri et Ammonii Acetatis.

Mixtura Ammonii ferrico-acetici (Bashami). *Basham's Mixtur.*

Rp. Tinct. Ferri chloridati 2,0
Acidi acetici diluti (6%) 3,0
Liquoris Ammonii acetici (pd. sp. 1,022) 20,0
Elixiris Aurantii 10,0
Syrupi Sacchari 15,0
Aquae destill. 50,0.

Misce l. a. (*Ph. U. St.*)

S. Ter quaterve cochl. minus p. d.

Mixtura Ferri salicylici

Braitwaite.

Ferrum salicylicum dilutum. Linetus anti diarrhoicus Infantum. *Eisen-salicylat-Mixtur.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. (Sulfatis ferrosi cryst.)

Natri salicylici aa 1,5.

Sales singuli soluti in

Aquae destill. q. s.

miscantur. Tum adde

Glycerinae 15,0 et

Aquae destill. q. s.,

ut pondus mixturae grammata centum (100,0) expleat. *Dosis:* Singulis horis cochlear thearium, donec faeces nigricantes exeant.

Mixturae frigerantes.

Refrigeratoria. Species frigerantes. *Kältemischungen. Mélanges réfrigérantes.*
Kühlmischung. Temperatura descendit

- | | | |
|--|---|------------------------|
| Rp. Ammonii nitrici | } | a + 10° C. ad - 15° C. |
| [1] Aquae aa P. | | |
| Rp. Ammonii hydrochlorici | } | a + 10° C. ad - 12° C. |
| [2] Kali nitrici aa P. 10
Aquae P. 32. | | |
| Rp. Ammonii chlorati P. 3 | } | a + 25° C. ad - 6° C. |
| [3] Kali nitrici P. 1
Kalii chlorati P. 6
Aquae P. 10. | | |
| Rp. Ammonii nitrici | } | a + 10° C. ad - 13° C. |
| [4] Natri carbonici cryst.
Aquae aa P. | | |
| Rp. Ammonii nitrici | } | a + 10° C. ad - 15° C. |
| [5] Aquae aa P. | | |
| Rp. Ammonii chlorati | } | a + 10° C. ad - 15° C. |
| [6] Kali nitrici aa P. 5
Natri sulfurici cryst. P. 8
Aquae P. 19. | | |
| Rp. Natri sulfurici cryst. P. 16. | } | a + 10° C. ad - 16° C. |
| [7] Adde
Acidi hydrochlorici crudi
Aquae frigidae aa P. 5
antea mixtas et refrigeratas. | | |
| Rp. Acidi hydrochlorici crudi | } | a + 10° C. ad - 15° C. |
| [8] Aquae aa P. 1.
Mixtis et bene refrigeratis adde
Natri sulfurici cryst. P. 3. | | |

Rp. Acidi nitrici crudi	}	a + 10° C. ad — 25° C.
[⁹] Aquae aa P. 1. Mixtis et bene refrigeratis adde Natri sulfurici cryst. P. 3.		
Rp. Zinci sulfurici	}	a + 10° C. ad — 7° C.
[¹⁰] Acidi muriatici aa P.		
Rp. Nivis vel Glaciei contusae	}	a 0° C. ad — 17° C.
[¹¹] Natrii chlorati cryst. aa P.		
Rp. Nivis vel Glaciei cont. P. 3	}	a 0° C. ad — 45° C.
[¹²] Calcii chlorati cryst. P. 4.		
Rp. Nivis v. Glaciei contus. P. 2	}	a 0° C. ad — 28° C.
[¹³] Calcii chlorati cryst. P. 3.		

Nota. Sales omnes adhibeantur crystallisati et contusi vel grosse pulverati, atque aqua, quantum fieri potest, refrigerata. Ad usum therapeuticum miscelae refrigerantes in folliculum cautschukianum vel in sacculum e texto densiore restitutum ingerantur et partibus corporis refrigerandis imponuntur.

Mixtura Exalginae

Mixtura antineuralgica *Dujardin-Beaumetz.*

Rp. Exalginae (*Methylacetanilid*)
2,5

Spirit. Menth. pip. 5,0
Aquae Tiliae flor. 120,0
Syrupi Aurantii florum 30,0.

M. D. S. Mane et vespere cochlear
(antineuralgicum laudatum).

Mixtura Glycyrrhizae composita *Ph. U. St.*

Brown Mixture. Brauner Trank.

Rp. Vini stibiati 6,0
Tinct. Opii benzoic. 12,0
Gummi Arabici
Extracti Liquiritiae
Sacchari albi
Spiritus Aetheris nitrosi aa 3,0
Aquae destill. 70,0.

M. (ex tempore). D. S. Bihorio cochlear dimidium, infanti cochlear thearium, infanti minori cochlear thearium dimidium (expectorans).

Mixtura Guajaci resinae.

Mistura Guajaci.

Rp. Resinae Guajaci pulv.
Sacchari albi aa 15,0
Gummi Arabici 7,5.

Conterendo misce cum
Aquae Cinnamomi 600,0.
(*Ph. Brit.*) *Dosis:* 15,0—50,0.

Mixtura gummosa.

Mistura Acaciae.

Rp. Gummi Arabici pulv. 10,0
Sacchari albi pulv. 5,0.

Solve in

Aquae destillatae 135,0.

Non nisi ad dispensationem paretur.
Ph. Austr.

Ph. German. Gummi Arab., Sacch.
aa 15,0, Aq. dest. 170,0.

Mixtura haemostatica

Dr. Jansensi et Adriani.

Rp. Natrii chlorati
Liq. Ferri sesquichlorati
aa 10,0

Aquae destill. 30,0.

M. et solve. Externum.

Mixtura haemoglobinata

Stewart.

Stewart's Haemoglobintropfen.

Rp. Sanguinis taurini recentis
100,0

Extracti Malti 80,0

Glycerinae 50,0

Spiritus Vini 30,0.

Misce. *Dosis* sensim augenda: Cochlear thearium — cochlear cibarium

ter per diem (infantibus gutt. 5—10—15 ter quinquiesve per diem) in anaemia, anorexia, dyspepsia, reconvalescentia.

Mixtura Javensis.

Mixture de Java.

Rp. Aquae Naphae 5,0
Spiritus aetherei 4,0
Tincturae Opii croc. 3,0.

M. *Dosis*: Guttae 20—30 in aqua saccharata. Contra cholera.

Mixtura jodata antidotica.

Rp. Kalii jodati 1,0
Jodi 0,25
Aquae destill. 400,0.

M. Parte vicesima horae praeterlapsa detur cochlear unum, quod per aliquot horas continuatur.

Mixtura Kali acetici.

Julapium salinum.

Rp. Kali carbonici 5,0
Aquae Menth. pip. 125,0
Aceti Vini q. s.
Syrupi Sacchari 25,0.

M. Fiat saturatio.

Mixtura Kalii bromati chloralata.

Mixtura Chlorali et Potassii bromati composita. Mixtura saporifera. *Compound Mixture of Chloral and Bromide of Potassium.*

Rp. Chlorali hydrati triti
Kalii bromati aa 50,0
Extracti Cannabis Indicae
Extracti Hyoscyami aa 0,4
Tincturae Quillajae
Spiritus Vini aa 10,0
Aquae destillat. 100,0.

Tantummodo ante dispensationem paretur, atque eo modo, ut Extracta in Tinctura Quillajae cum Spiritu antea commixta soluta liquori constituto e Chloralo, Kalio bromato et aqua admisceantur. Mixtura ante dispensationem paranda est. *Dosis* mixturae agitatae 5,0—6,0—8,0.

Hager.

Mixtura Kali citrati.

Mixtura Potassii Citratis.
Neutral Mixture.

Rp. Succo recentis Citri fructuum
100,0.

Sensim adde

Kalii bicarbonici q. s.
ad liquorem neutralem efficiendum.
Ph. U. St.

Mixtura Kali nitrici composita.

Mixtura nitroso-stibiata.

Rp. Kali nitrici 5,0
Syrupi Sacchari 25,0
Tartari stibiati 0,03
Aquae 150,0.

M. et solve (Pneumonia).

Mixtura Kali tartarici

Ph. mil. Boruss.

Rp. Kali tartarici 15,0
Aquae destill. 180,0
Syrupi simplicis 7,5.

M. D. S. Singulis horis cochlear.
1—2.

Mixtura Kreosoti.

Mixtura Creasoti. Creasote Mixture.

Rp. Acidi acetici glacialis
Kreosoti aa 1,0
Spiritus Juniperi 2,0
Syrupi Sacchari 40,0
Aquae destillatae 500,0.

M. (*Ph. Brit.*) *Dosis*: Bihorio cochlear (in typho exanthematico).

Mixtura Magnesiae et Asafoetidae.

Devees Carminativ.

Rp. Magnesiae subcarbonicae 5,0
Tinct. Asae foetidae 7,0
Tincturae Opii spl. 1,0
Sacchari albi 10,0
Aquae destill. 77,0.

Misce l. a. *Ph. U. St.*

Mixtura Magnesiae saccharata.

Magnesiamixtur.

Rp. Magnesiae ustae 10,0

32

Syrupi Sacchari
Aquae destill. \widehat{aa} 80,0.
Misce. Laxans.

**Mixtura contra morsum
canis rabidi.**

Haustus antilissus (Ph. Sax.)

Rp. Meloas melle conditos duos
Mellis depurati 30,0
Ferri sulfurici cryst. 0,6
Fuliginis splendentis 2,0.

Conterantur in mortario exactissime
in pulcullam, dein sensim addantur
Aceti crudi 60,0.
Paretur recens.

Mixtura Natri nitrici.

Rp. Natri nitrici 20,0
Syrupi Sacchari 30,0
Aquae 250,0.

M. et solve. Singulis horis cochlear
(Dysenteria).

**Mixtura odorifera
s. odorata.**

Rp. Olei Bergamottae 60,0
— Citri corticis 25,0
— Melissae Indici 15,0
— Geranii Gallici 5,0.

Misce.

**Mixtura odorifera
moschata.**

Rp. Olei Bergamottae 50,0
[¹] — Citri cort. 30,0
— Pelargonii rosei 10,0
Tincturae Moschi *Gutt.* 25.

M.

Rp. Olei Citri corticis
[²] — Bergamottae \widehat{aa} 20,0
— Melissae Indici
— Lavandulae \widehat{aa} 5,0
Tincturae Moschi 2,0.

M., sepone per dies quatuor, tum
per gossypium funde.

Rp. Olei Bergamottae 10,0
[³] — Citri cort. 5,0
— Cassiae 2,5

Olei Caryophyllor. 2,0
— Anthos 1,0
Styracis liquidi
Balsami Peruviani \widehat{aa} 5,0
Spiritus Vini absoluti 15,0
Moschi 0,05.
Macera, agita, filtra.

**Mixtura oleoso-
balsamica.**

Balsamum Vitae Hoffmanni.

Liquor oleoso-balsamicus. Essentia
aetherea balsamica. Balsamum Fritzii.

Rp. Olei Lavandulae

[¹] — Caryophyll.
— Cinnamomi
— Thymi
— Citri cort.
— Macidis \widehat{aa} 2,0
— Bergamottae 5,0

Balsami Peruviani 4,0
Spiritus V. rectfss. 500,0.

Mixta sepone per aliquot dies loco
frigido, tum filtra. Mixtura haec ad
usum mercatorium laudatur.

Rp. Olei Lavandulae

[²] — Caryophyllorum
— Cinnamomi Cassiae
— Thymi
— Citri
— Macidis \widehat{aa} 2,0

Balsami Peruviani 8,0
Spiritus Vini rectfss. 480,0.

Mixta per aliquot dies loco frigido
sepone, subinde conquassa, tum filtra.
Ph. Germanica.

Ph. Austr. Ol. Lavand., — Citri ana
2, — Caryoph., — Macid., — Aurant.
flor. ana 1, — Cinnam. 0,1, Bals. Peruv.
2, Spirit. aromat. 500.

Gebrauchsanweisung.

*Noch keines von den Mitteln, welche
der Geheimmittelschwindel bis heute an
den Tag gebracht hat, konnte diesen seit
mehr denn hundert Jahren bekannten
Balsam verdrängen. Dieser ist das vor-
züglichste Mittel in rheumatischen, gich-
tischen, krampfhaften Leiden. Ganz be-
sonders zeigt er seine Wirksamkeit in
allen Leiden, die in Schwäche des Kör-*

pers und der Nerven ihren Grund haben. Kinder, welche in einem Alter von mehr denn zwei Jahren nicht gehen können oder im Gebrauch der Beine schwach und unsicher sind, erlangen nach dem Gebrauch dieses Balsams in 2 bis 3 Wochen ihre volle Körperkraft. Kopfkampf, Wadenkampf, Brustkampf weichen der Anwendung dieses Mittels, selbst so mancher an Epilepsie Leidende hat durch den Gebrauch seine Gesundheit wieder erlangt. Gemeinlich wird der leidende Teil des Körpers täglich einmal beim Schlafengehen eingerieben, nur hüte man sich, mit dem Lichte zu nahe zu kommen. Kindern, die nicht gehen können oder schwach auf den Gliedern sind, wird täglich des Morgens, wenn sie noch im Bette liegen, das Rückgrat, die Hüften und Beine vom Knie bis zur Fusssohle eingerieben, worauf das Kind noch eine halbe bis eine Stunde im Bette liegen bleibt. Kleinen Kindern, welche an Krämpfen leiden, wird ein wollenes Lappchen, mit dem Balsam schwach befeuchtet, auf Brust und Herzgrube gelegt. Kindern, welche an Würmern leiden, wird der Leib damit täglich einmal eingerieben. Diejenigen, welche von dem unfehrwilligen Hinken heimgesucht werden, badet man in Malzabkochung, welcher man einen Löffel des Balsams zugesetzt hat. Bei durch Anstrengung geschwächten Augen reibt man äusserlich um die Augen einige Tropfen ein und lässt den Dunst des zwischen den Händen zerriebenen Balsams gegen die Augen steigen. Bei Kopfschmerz wird die Stirn eingerieben und der Kopfwirbel mit dem Balsam befeuchtet. Bei Zahnschmerz reibt man äusserlich hinter dem Ohre und im Gesicht die Stellen, in deren Gegend der Zahnschmerz ist, ein, bringt auch einige Tropfen mit Baumwolle auf den Zahn. Einige Tropfen auf Zucker genommen, schützen gegen Ohnmacht und Schwäche des Herzens, bewähren sich besonders gegen Seekrankheit. An Epilepsie Leidende lassen sich täglich einmal das Rückgrat mit dem Balsam einreiben, tragen auch längere Zeit ein wollenes, mit dem Balsam befeuchtetes Lappchen auf der Herzgrube.

Man achte darauf, dass zarte Körperteile, z. B. die Aftergegend, die Geschlechtsteile etc. von diesem Balsam unberührt bleiben, denn die zarten Hautteile werden dadurch in einen sehr schmerz-

haften Zustand versetzt! Ferner vermeide man stets die Annäherung eines brennenden Lichtes oder einer Flamme!

Diese Gebrauchsanweisung ist bei Abgabe des Balsams der Flasche beizufügen.

Mixtura opiata

Nosocomii cariatidis Berolinensis.

Rp. Gummi Arabici
Opium pulv. aa 0,6
Aqua Cinnamomi 2,5.
M. exacte. Gutta una continet 0,008 Gm. Opium.

Mixtura Opii alkalina.

Mixtura Sassafras opiata. *Godfrey's Cordial.*

Rp. Olei Sassafras 0,15
Tincturae Opii 8,0
Spiritus Vini 12,0
Kalii carbonici 2,0
Syrupi communis 80,0
Aqua destill. 150,0.
Solve et misce (Nat. Form.).

Mixtura

oxalico-martialis

Gamberini.

Rp. Ferri sulfurici cryst. 0,5
Acidi oxalici 0,25
Aqua destill. 150,0
Sacchari albi 30,0.
M. Cochlearia singula mixturae agitatae in apyrexia febris intermittentis.

Mixtura placatoria

Cloustoni.

Clouston's Beruhigungsmittel.

Rp. Kalii bromati
Tincturae Cannabis Indicae aa 10,0
Aqua destillatae 150,0.
M. D. S. Mixtura pro diebus tribus. Saepius cochlear sumatur (morbus mentis et animi).

Mixtura purgativa

Choulant.

Rp. Decocti Tamarindorum concentrati (30,0 : 150,0 colaturae) 150,0

Natri sulfurici cryst. 30,0
Syrupi Sacchari 20,0.

M. D. S. Bihorio cochlear.

Mixt. purgativa Kreyszig.

Rp. Infusi Sennae comp. 120,0

[²] Kali tartarici neutralis
Syrupi Cinnamomi aa 15,0.

M. D. S. Bihorio cochlear, donec effectus appetat.

Mixtura pyro-tartarica.

Mixtura simplex. Mixtura diatrion.
Mixtura de tribus. Mixtura bezoardica.

Rp. Spiritus Angelicae comp. 100,0
Liquoris pyro-tartarici 60,0
Acidi sulfurici conc. 10,0.

Misce, sepone, filtra. *Dos.*: Gutt. 30—60 pluries per diem.

Mixtura pyro-tartarica camphorata.

Mixtura simplex camphorata.

Rp. Spiritus Angelicae comp. camphorati 30,0
Liquoris pyro-tartarici 20,0
Acidi sulfurici conc. 2,5.

M. l. a. *Dos.*: Gutt. 25—50 pluries per diem.

Mixtura Rhei composita.

Compound Mixture of Rhubarb.
Squibb's Rhubarb Mixture.

Rp. Extracti fluidi Rhei 3,0
Extracti fluidi Ipecacuanhae 0,5
Natrii bicarbonici 5,0
Glycerinae 60,0
Aq. Menthae piperitae 170,0.

Misce. *Nat. Form.*

Mixtura Rhei natrica.

Mixtura Rhei et Sodae.

Rp. Natrii bicarbonici
Extracti fluidi Rhei
Spirit. Menth. pip. ana 30,0
Aquae destill. 910,0.

Misce l. a. *Ph. U. St.*

Mixtura salina

Macbridii.

Mixtura salina composita.

Rp. Succu Citri 30,0
Kali carbonici q. s.
Aquae Menth. pip. 200,0
Tartari stibiati 0,05
Syrupi Sacchari 15,0.

M., fiat saturatio.

Mixtura saponato-odorata

Nosocomii caritatis Berolinensis.

Rp. Saponis medicati 15,0
Kali caustici sicci 1,25
Olei Lavandulae 4,0
Olei Bergamottae 6,0
Aquae pluvialis 1000,0.

Digerendo solve et misce. *Us.*: Ad lotiones.

Mixtura Saponis terebinthinata

Formul. mag. Nosoc. carit. Berol.

Rp. Saponis terebinthinati 10,0
Aquae fontanae 85,0
Olei Terebinthinae 5,0.
M.

Mixtura Scammonii.

Rp. Scammonii subt. pulv. 2,0
Lactis vaccini 300,0.

M. emulgendero. *Dosis*: 25,0—80,0
Ph. Brit.

Mixtura Sodae menthata.

Mixture of Soda and Spearmint.
Soda Mint.

Rp. Natrii bicarbonici 10,0.
Solve agitando in
Aquae Menthae viridis 140,0.
Tum adde
Spirit. Ammonii aromatici 1,5.
(*Nat. Form.*)

Mixtura solvens

Ph. milit. Boruss. veteris.
Mixtura Ammonii muriatici stibiata
ejusd. Ph.

Rp. Ammonii muriatici 5,0
Tartari stibiati 0,04
Succi Liquirit. dep. 4,0.

Solve in

Aquae 200,0.

Signa: Dentur singulis vel binis horis cochlearia singula ad bina.

Mixtura solvens concentrata.

(*Ad recepturam.*)

Rp. Ammonii muriatici 100,0

Tartari stibiati 0,8

Succi Liquirit. depur. 75,0.

Solve in

Aquae destill. 330,0.

Tum adde

Spiritus V. rectfss. 30,0.

Misce et serva.

Nota. Hujus mixturae bene agitatae 12,5 commixta cum Aquae 87,5 constituunt 100,0 Mixturae solventis *Ph. milit. Boruss. vet.*

Mixtura solvens simplex.

Rp. Ammonii muriatici

Succi Liquiritiae depurati

aa 5,0

Aquae destill. 190,0.

M. D. S. *Ein- bis zweistündlich einen Esslöffel zu nehmen.*

Mixtura somnifera

Jastrowitz.

Jastrowitz' Schlafmittel.

Rp. Morphini hydrochlorici 0,05

(—0,10)

Chlorali hydrati 10,0

Decocti Althaeae 150,0

Succi Liquiritiae 10,0.

Mixtis adde

Acidi citrici 0,2

solutum in

Aquae destillatae 30,0

Chloroformii *Gutt.* 10.

Fortiter conquassa. (*Serva per aliquot dies loco umbroso et frigido.*)

D. S. *Horis singulis tempore vespertino bis terve cochlear (post agitationem mixturae).*

Mixtura somnifera

Liebreich.

Liebreich's Schlafmittel.

Rp. Chlorali hydrati 5,0

Syrupi Aurantii cort.

Aquae destill. aa 20,0.

M. D. S. *Cochlear unum ante somnum.*

Mixtura somnifera

s. sedativa Liebreich.

Rp. Chlorali hydrati 2,5

Syrupi Aurantii cort.

Aquae destill. aa 15,0.

M. D. S. *Uno impetu sumatur ante tempus dormiendi (hypnoticum) vel cochlear thearium pluries per diem (sedativum).*

Mixtura Spiritus vini Gallici.

Mistura of French Brandy.

Cognacmixtur.

Rp. Spiritus vini Gallici 110,0

Aq. Cinnamomi 120,0

Sacchari pulv. 15,0

Vitella ovorum duorum gal-
linaceorum.

Misce l. a. *Dosis:* 25,0—50,0. *Ph. Brit.*

Mixtura splenetica.

Mixtura Splenicorum.

Spleen Mixture. Gadberrys Mixture.

Rp. Ferri sulfurici cryst. 3,0.

Contritit, in cylindrum vitreum in-
gestis adde

Acidi nitrici (pd. sp. 1,185) 6,0.

Sepone per horae quadrantem, tum
adde

Aquae destill. 6,0

et calefac, donec evolutio gasis cessa-
verit. Liquori huic in lagenam infuso
et diluto addendo

Aquae destill. 100,0

admisce

Chinini sulfurici 3,0

Kalii nitrici 10,0,

commixtis cum

Aquae destill. 125,0.

Mixtura Stokesii.

Rp. Morphini hydrochlorici 0,05

Aq. Lauro-Cerasi 5,0

Mucilag. Gummi Arabici

Syr. Amygdal. aa 30,0
Aquae destill. 80,0

M. D. S. Tempore vespertino singulis horis cochlear.

Mixtura sulfurica acida
(Halleri).

Rp. Acidi sulfurici P. 1
Spiritus Vini rectfss. P. 3.
Misce eodem modo, ne temperatura inter mixtionem 50° C. superet. Pond. spec. 0,993–0,997. *Ph. Germ. Conf. praecept.* in pag. 222: Elixir acidum.

Mixtura terpinata.

Elixir Terpinae *Vigier. Terpinelixir.*

Rp. Terpinae 10,0
Glycerinae
Spiritus V. rectfss.
Mellis despumati aa 150,0
Vanillinae sacch. 1,0.

Misce et solve. Diureticum. *Dosis:* Cochlear ter quaterve per diem (bronchitis, tuberculosis, phthisis, catarrhus bronchialis).

Mixtura tonico-nervina
Stahlii.

Rp. Tincturae kalinae 10,0
Liqu. Ammonii succinici 5,0.
M. 15–30 guttae ter quaterve pro die.

Mollina.

Sapo hyperadiposus.
Ueberfettete Seife. Mollin.

Rp. Olei Cocois
Adipis suilli aa 50,0.
Leni calore colliquis adde
Kali caustici 20,0
soluta in
Aquae destill. 40,0.

Digere calore balnei aquae saepius agitando per horas sex ad septem. Deinde admisce

Adipis suilli 25,0
Lanolinae anhydrae 30,0
Glycerinae 15,0.

Morphino-Strychninum sulfuricum.

Rp. Morphini sulfurici

Strychnini sulfurici aa P.
M. et serva.

Morphinum.

Morphium. Morphia. Morphina.
 $C_{17}H_{19}NO_3 \cdot H_2O - C^{34}H^{19}NO^6 + 2HO$
=303.

Rp. Opii Smyrnaei concis. P. 10.
Iterata maceratione, quaque vice cum
Aquae tepidae P. 30
exhauriantur. Liqueuribus colatis, tum evaporando ad residui P. 40 redactis et ad 50–60° Cels. calefactis paulatim affunde

Lac Calcariae calidum,
quod Calcariae hydratae P. 3 continet. Tum usque ad ebullitionem calefac, et dum liquor fervet, per linteum cola, residuum in linteo aqua fervida eluendo. Liquores commixti evaporando ad P. 20 residuas redacti et adhuc fervidi filtrati commisceantur cum

Ammonii chlorati pulv. P. 1 et semel ebulliant. Tum seponere loco frigido per aliquot dies. Morphinum in crystallis coneretur colligatur et lixivium ulterius evaporando ad volumen dimidium redactum iterum seponatur, ut Morphinum demittatur. Tandem Morphinum omne solvendo in Spiritu Vini, macerando cum Carbone animali depurato atque ex aqua crystallisando bene mundetur.

Rp. liquorem, qui in paratione Narceini ad Morphinum demittendum seponitur. Morphino demisso separato, liquor evaporando ad voluminis trientem redactus per tres dies seponatur, ut Morphinum amplius demittat. Morphinum collectum in liquore Kali caustici diluto solum addendo Acido muriatico praecipitur et solvendo in Spiritu Vini rectfss. seponendoque in crystallis cogatur.

Morphinum in centenis partibus continet p. 5,94 aquae crystallinae, solubile est in aquae p. 1000, in aquae fervidae p. 500.

Dosis maxima 0,03, pro die 0,1!!

Morphinum aceticum.

Acetas Morphini.
 $C_{17}H_{19}NO_3 \cdot HC_2H_3O_2 \cdot 3H_2O - C^{34}H^{19}NO^6 \cdot C^4H^4O^4 + 6HO = 399.$

Rp. Morphini puri P. 3.

Inter agitandum affunde

Aceti concentrati


Aquae destillatae aa P. 2.

Leni calore fiat solutio et liquor acidus, si opus est, filtretur, tum calore balnei aquae, 50° C. non superante, inter agitationem ope bacilli porcellanei vel vitrei, ad syrupi spissitudinem redigatur, dein supra Acidum sulfuricum collocatus, interdum agitando, exsicceetur. Massa residua conteratur et in vitris obturatis servetur. Sit pulvis albus.

Dosis max. 0,03, *pro die* 0,1.

Morphinum hydrobromicum.

Bromhydras Morphinae s. morphicus
Ph. Gall.



Rp. Morphini puri q. v.


Trito et cum aquae destillatae quantitate vigintupla mixto adde

Acidi hydrobromici q. s.

ad neutralisationem. Leni calore evaporando liquor concentretur, tum ad crystallisationem supra Acidum sulfuricum concentratum collocatus seponatur. Sint crystallae longa acicularia decoloria, in aquae p. 25 solubilia. Centenae partes continent p. 78,89 Morphini et p. 8,96 aquae.

Morphinum hydrochloricum.

Morphium muriaticum s. hydrochloratum. Hydrochloras Morphini. Murias Morphinae.



Rp. Morphini puri cryst. P. 2

[1] Aquae destill. P. 7.

In catinum porcellaneum immiscae et mixtae ad calorem 60–70° C. incallescant. Tum affunde

Acidi hydrochlorici puri (p. spec. 1,120–1,122) P. 1

aut quantum ad solvendum Morphinum requiritur, ita quidem, ut acidum vix praevaleat. Liquorem per biduum loco frigido sepone. Crystallula orta a lixivio separa et supra orbem porcellaneum extensa loco, cujus calor gradus 25 Cels. therm. non excedit, aut

premedio inter strages chartae bibulae sicca. Lixivium a crystallulis defusum evaporando in crystallae coege, quae antea collectis adjungas. Efficiuntur circiter P. 2¼. Sint crystallae, coloris expertia, acicularia, nitoris sericei, peramara, quae in lagenis vitreis caute serves.

Rp. Spiritus V. alcoholisati P. 12.

Ad ebullitionem fere usque calefactis injice

[2] Morphini puri P. 2.

Dein instilla

Acidi hydrochlorici puri P. 1

vel q. s., ut liquor reactionem neutralem praebet. Dein liquorem sepone loco frigido, ut in massam crystallinam abeat, quae supra orbis vitreos vel porcellaneos sparsa loco vix tepido seponatur, donec sicca appareat.

Sal neutralis, solubilis in aquae frigidae p. 20. Centenae partes continent 75,9 p. Morphini et p. 14,38 aquae crystallinae.

Dosis maxima 0,03, *pro die* 0,1.

Morphinum meconicum.

Rp. Acidi meconici cryst. P. 5.

Ad pulverem subtilissimum contritas commisce cum

Aquae calidae, calore 70 ad

80° Cels. therm., P. 30.


Tum adde

Morphini puri cryst. P. 12

aut quantum ad neutralisationem requiritur. Mixtura calore balnei vaporis, 70° Cels. therm. non superante (!), inter agitationem ad siccum evaporetur. Residuum in pulverem contritum caute serva. Efficiuntur circiter P. 13,5.

Morphinum sulfuricum.

Sulfas Morphini s. morphicus.



Paretur uti Morphinum hydrochloricum e

Morphini puri cryst. P. 20

Spiritus V. alcoholisati P. 120

et Acidi sulfurici diluti P. 19

aut quantitate ea, quae sufficit ad justam neutralisationem Morphini vel ad reactionem vix alkalinae. Efficiuntur circiter P. 32–33.

Dosis max. 0,03 *pro die* 0,1.

**Morphinum
valerianicum.**

Rp. Morphini puri crystall. P. 20
Aquaе destill. P. 100.

Mixtis et calefactis instilla inter agitan-
dum

Acidi valerianici trishydrici
P. 8

vel quantum ad neutralisationem re-
quiritur. Tum liquor leni calore bal-
nei vaporis inter agitationem ad sic-
cum evaporetur. Effic. P. circiter 25.

Morrholum.

Morrhulol.

Rp. Olei Jecoris Aselli fusci 1000,0
Natrii carbonici cryst. 100,0
Aquaе destill. 500,0.

In lagenam ingesta sepone per diem
unum saepius agitando, tum sepone
per diem dimidium, ut partem oleo-
sam decanthare potes. Hanc partem
oleosam misce cum

Spiritus V. rectfss (90%)
1000,0.

Fortiter conquassa per horam dimi-
diam, tum sepone et partem spiri-
tuosam defunde. Parti oleosae resi-
duae affunde denuo

Spiritus V. rectfss. 500,0,
fortiter conquassa et partem spirituo-
sam defunde.

Partes spirituosas commixtas destil-
lationi ex retorta vitrea subijce. Pars
in retorta residua a Spiritu plane
liberata, Morrholum nominata, in
vitris clausis, a luce remotis servetur.

Morsuli antimoniales.

Morsuli Kunkelii s. stibiati.

Rp. Sacchari albi pulv. 200,0
Aquaе fervidae 31,0,

Mixta in lebetem porcellaneum inge-
sta celeriter calefac ad ebullitionem
usque, non agitando. Massae ab igne
remotae statim admisce

Stibii sulfurati laevig. 25,0

Amygdalarum dulcium ex-
corticatarum, minutim con-
cisarum 25,0

Cardamomi minoris pulv.

Cassiae cinnamom. pulv. aa 2,0.

Dein mixta celeriter in modulum

humectatum effunde, et massam inde
obtentam, adhuc calidam disseca, ut
fiant morsuli, quantum fieri potest,
aequales 50 vel singuli morsuli pon-
deris circiter 5,0 Gm. Morsulus con-
tinet circiter 0,5 Gm. (5 Decigramm.)
Stibii sulfurati.

Dosis: Adulto morsulus ter quaterve
per diem, infanti morsuli triens vel
pars dimidia ter quaterve per diem.

Morsuli aromatici

s. stomachici s. Imperatoris.
Magenmorsellen.

Rp. Sacchari albi Indici 500,0
[¹] Aquaе 125,0.

Mixta et in lebetem cupreum mun-
datum ingesta l. a. ad consistentiam
tabulandi decoquantur. Tum massae
liquidae, ab igne remotae inter lenem
agitationem admisceatur miscela, forma
specierum minutim concisarum, pa-
rata ex

Amygdalarum dulcium ex-
corticatarum 75,0

Pistaciarum 7,0

Confecti Cort. Aurantii

— — Citri aa 15,0

Specierum aromaticarum ad
morsulos 15,0

Florum Cyani

— Calendulae

— Rosae rubr. aa 1,5.

Mixta etc. Cf. Morsulos antimoniales.

Rp. Sacchari albi pulv. 1000,0
[²] Aquaе 150,0

Aquaе Naphae tripl. 15,0.

Mixta celeriter calefac ad ebullitio-
nem usque, non agitando. Massae ab
igne remotae statim immisce

Specier. aromat. ad morsul.

Amygdalarum dulcium de-
corticatarum

Amygdalarum dulcium decort-
citarum, infuso Curcumae
tinctarum

Amygdalarum dulcium decort-
citarum infuso Coccio-
nellae tinctarum

Confectionis Cort. Aurantii
aa 40,0.

Mixta etc. Cf. Morsulos antimoniales. Amygdalae tinetae autem ante admixtionem siccandae sunt.

Morsuli refrigerantes

s. citrici s. e Succo Citri.

Rp. Sacchari albi Indici 250,0
Aquae destill. 38,0.

Mixta celeriter calefac ad ebullitionem usque, non agitando, tum massae liquidae, ab igne remotae, inter agitandum admisce miscelam bene contritam, paratam ex

Acidi citrici cryst. 4,3
Elaeosacchari Citri 6,5
Elaeosacchari Aurantii flor. 2,5.

Fiant l. a. morsuli ponderis circiter 2,5 Grammatum. Cf. Morsulos antimoniales.

Morsuli Rosarum purgantes.

Rosenzucker.

Rp. Sacchari albi pulv. 100,0
Aquae Rosae 16,6.

Mixta celeriter calefac ad ebullitionem usque, non agitando, tum admisce

Tuberum Jalapae 15,0
Ligni Santali rubri 3,5
Scammonii 2,0

pulverata et bene mixta.

Fiant morsuli ponderis 5,0 Grammatum.

Morsuli contra strumam.

Rp. Carbonis Spongiae 15,0
Natri bicarbonici 3,5
Rhizomatis Zingiberis
Cassiae cinnam. \widehat{a} 2,0
Sacchari albi 150,0
Aquae destill. 39,0.

M. f. morsuli modo quo Morsuli antimoniales exhibentur.

Morsuli Zingiberis.

Rp. Sacchari albi pulv. 400,0
[¹] Aquae 63,0.

Mixta celeriter calefac ad ebullitionem usque, tum admisce

Rhizomatis Zingiberis 15,0
Cassiae cinnam. 2,5

Caryophyllorum 1,0

Massae Cacao 20,0

singula pulverata, dein mixta.

M. f. morsuli modo quo Morsuli antimoniales exhibentur.

Rp. Sacchari albi pulv. P. 250,0
[²] Aquae Rosae P. 39,6.

In lebetem cupreum immissa et mixta ad ebullitionem usque calefac, tum, lebetes ab igne remoto, admisce mixturam pulveream grossam, paratam e

Rhizomatis Zingiberis 12,0

Cinnamomi acuti 2,0

Caryophyllorum 0,5.

Dein statim massam adhuc calidam in modulum humectatum l. a. effunde etc.

Moschus cum Saccharo.

(Ad recepturam).

Rp. Moschi Tunquinensis, a quicquillis liberati P. 1

Sacchari Lactis pulv. P. 2.

Terendo in mortario porcellaneo commisceantur et in pulverem subtilem redigantur. Serva in lagenis vitreis obturatis. *Signa:* Moschus. Sumatur 3plum.

Moxa.

Moxa chromata. *Brennkegel. Moxas.*

Parantur moxae e charta bibula, Gossypio carminato, medulla spongiosa Sambuci nigrae etc., quae corpora in solutione aquosa Kali bichromici vel chromici macerentur, tum in cylindros parvos conicos formata siccantur.

Moxa Artemisiae.

Rp. Foliorum Artemisiae vulgaris siccatorum q. v.

Contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, tum partem fibrosam separa et serva.

Moxa saturnina.

Moxas de Marmor.

Charta bibula Aceto plumbico imbuitur et siccatur. Plagula (*Bogen*) chartae praebet circ. 60 cylindros.

Mucilago Althaeae.

Decoctum s. Infusum Althaeae.

Rp. Radicis Althaeae concis. 6,0
Aquae calidae 120,0.

Stent per horae quadrantem, tum cola sine pressione. Colaturae sint 100,0 Grammata. Recens paretur.

Mucilago Amyli.

Rp. Amyli pulv. 10,0
Aquae frigidae 40,0.
Mixtis inter agitationem affunde.
Aquae fervidae 300,0.
Ph. Brit. Amyli 24, Aq. dest. 875.

Mucilago cretacea.

Potio cretacea. Emulsio cretacea.
Rp. Sacchari albi 5,0
Gummi Arabici 10,0
Cretae albae praep. 5,0
Aquae destill. 120,0.

M.

Mucilago Chondri.

Mucilago Caragahen. Mucilago Lichenis Hibernici s. Invernici. *Mucilage of Irish Moss.*

Rp. Caragaheen concisi 25,0
Aquae destillatae 250,0.
Coque per horae quadrantem, tum adde Aquae destillatae calidae 850,0.

Sepone per horam dimidiam, saepius agita, tum cola. Colaturae adde quantitatem sufficientem Aquae destillatae, ut grammata mille (1000,0) expleantur.

Mucilago Cydoniae.

Mucilago seminum Cydoniorum. Mucilago Cydonii.

Rp. Seminis Cydoniae 1,0.
Non contusis affunde
Aquae Rosae 50,0.

Stent per horam dimidiam interdum agitando, tum cola. Recens paretur.
Ph. Germanica. Ph. U. St.
Ph. Austr. Sem. Cydon. 1 et Aq. 25.
Ph. Gall. Sem. Cyd. 1,0, Aquae dest. tepidae 10,0, vel Mucilag. Cydon. siccae 1,0 solve in Aquae dest. 100,0.
Eodem modo paretur:

Mucilago Psyllii sem.

Mucilago Cydoniae sicca.

Rp. Seminis Cydoniae 50,0.
Non contusis affunde
Aquae dest. frigidae 300,0.

Post agitationem sepone per diem dimidium. Liquore mucilagineo defuso, denuo affunde

Aquae dest. frigidae 250,0.

Liquores mucilaginosi decanthati commisceantur. Mucilaginem tepelactam, tum colatam supra orbis porcellaneos vel laminas vitreas sparsam loco tepido exsicca, postremo in pulverem redige.

0,5 pulveris cum Aquae destillatae 100,0 praebent mucilaginem.

Mucilago Gummi Arabici.

Mucilago Acaciae.

(*Ad recepturam.*)

Solutio Gummi Arabici.

Rp. Gummi Arabici P. 1.

Aqua destillata frigida ablutum cum

Aquae dest. frigidae P. 2

in ollam immisum stet per aliquot dies et saepius agitetur. Gummi soluto, aqua exhalatione forsan deminuta restituatur, liquor per telam laneam paulum madefactam fundatur et in lagena ad sedimentandum seponatur. (*Signa:* Gummi Arabicum. Sumatur triplum.) *Ph. Germ., Ph. U. St.*

Ph. Gall. G. Arab. et Aq. aa.

Ph. Brit. G. Arab. 2 et Aq. 3.

Ph. Neerl. ana P.

Mucilago Dextrinae.

Rp. Dextrinae depuratae 25,0

Aquae fervidae 50,0.

Mixta sepone loco calido, donec inter agitationem solutio Dextrinae effecta fuerit. Cola per pannum eorum (*Gaze*). Tantummodo ad usum paranda est.

Mucilago Salep.

Infusum s. Decoctum Salep.

Rp. Aquae frigidae 10,0.

In lagenam infusis adjice

Tuberum Salep subtt. pulv. 1,0

et quam celerrime conquassa. Dein adde

Aquae ebullientis 90,0

et agita. *Ph. Germanica, Fenn.*

Mucilago Sassafras Medullae.

Rp. Medullae Sassafras 2,0

Aquae destill. 100,0.

Macera per horas tres, tum cola
Ph. U. St.

Musselina salicylata.

Salicyl.-Mull.

Musselina decumata (10%).

Rp. Axungiae benzoïnatae 10,0
[¹] Sebi benzoïnati 80,0
Acidi salicylici 10,0.

Calore modico Acidum salicylicum in unguine solvatur, tum musselina (pannus gossypinus tenuis) hoc unguine saturatur. Hoc modo 10% musselina (*Mull*) paratur.

Musselina vicesimata (20%).

Rp. Axungiae benzoïnatae 15,0
[²] Sebi benzoïnati 65,0
Acidi salicylici 20,0.
Fac ut antea notatum est.

Mucilago Tragacanthae.

Mucilago Gummi Tragacanthae.

Rp. Tragacanthae subt. pulv. 5,0
[¹] Glycerinae 15,0
Aeque destill. 80,0.

Misce conterendo per horae quadrantem.

Ph. Gall. Tragacanth. 10,0 et Aeque dest. 90,0. Mixta sepone per horam dimidiam, tum conterendo liquorem miscellaneum aequabilem effice, quem per textum musselineum perfunde.

Ph. U. St. Trag. 6,0, Glycerin. 18,0, Aeque ferv. 76,0. Sepone per diem, tum adde Aq. q. s., ut mixturae pondus 100,0 adaequet.

Ph. Brit. Trag. pulv. 12, Aq. dest. 875, Spirit. (90%) 20 (vel 22 vol.)

Recens paretur.

Mucilago ad Trochiscos, Pastillos etc. parandos.

Rp. Tragacanthae subt. pulv. P. 1
[²] Aeque tepidae P. 50.
Misce.

Mucilago Ulmi.

Rp. Corticis (interni) Ulmi 6,0
Aeque fervidae 100,0.

Digere per horas duas in vase clauso, tum cola. *Ph. U. St.*

Mumia arte facta.

Rp. Asphalti 20,0
Olibani
Aloës aa 10,0.
Contusae colliguesiant cum
Colophonii
Picis albae aa 40,0.
Liquatis admisce
Ochrae fuscae tritae 15,0.

Nota. Loco Aloës residuum resinosum e paratione Extracti Aloës adhibere potes.

Naphthalolum.

Betolum. Betolium. Naphtholalol.
 $C_6H_4 \cdot OH \cdot COOC_{10}H_7 \sim C^{3+}H^{12}O^6 = 264.$

Aequali modo quo Salolum (conf. idem) paratur e Natrio salicylico et Natrio naphtholato. *Dosis:* 0,3—0,5—1,0—1,5 ter quaterve per diem (cytostatarrhus, arthrorheuma).

Naphtholum.

Isonaphtholum. β -Naphthol. *Hydro-naphthol.* *Naphthol.* *Beta-Naphthol.*
 $C_{10}H_7(OH) = 144.$

Rp. Naphthalinae 100,0
Acidi sulfurici fumantis 300,0.

Sensim calefacta calore 150—200°C. per diem unum pertendantur, ut Acidum β -naphthalinosulfuricum effingatur. Massa cum aqua mixta et Calcaria hydrata neutralisata filtretur, et evaporando seponendoque in crystallata transducatur. (Calcium α -naphthalinosulfuricum in lixivio matrico solutum manet.) Sal crystallisatum addendo Natrium carbonicum in Natrium β -naphthalinosulfuricum transducatur. Solutio hujus salis ad siccum evaporata in Natrium hydricum igne liquefactum introducatur, quo modo β -Naphthol-Natrium efficitur. Ex hoc sale Naphtholum addendo

Acidum hydrochloricum

separetur, in colatorio collectum exprimatur, tum ope aquae vaporum destillando rectificetur, et postremum aut sublimando aut solvendo in aqua et Aethere Petrolei seponendoque in crystallata transducatur, quae in vasis vitreis a luce remotis asservanda sunt. Sint crystallula alba rhomboidea, fere inodora, calore 122°C. liquescentia, calore 286°C. ferverescentia, solubilia in Spiritu, Aethere, Benzina, Chloroform-